



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 6209  
1871  
112













7



**EPIGRAMMATUM**  
**ANTHOLOGIA PALATINA.**



**VOLUMEN SECUNDUM.**



**EPIGRAMMATUM**  
**ANTHOLOGIA PALATINA.**



**VOLUMEN SECUNDUM.**

---

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT ET SOCII. VIA JACOB, 56.

---

**EPIGRAMMATUM**  
**ANTHOLOGIA PALATINA**

**CUM PLANUDEIS ET APPENDICE NOVA**

**EPIGRAMMATUM VETERUM EX LIBRIS ET MARMORIBUS**

**DUCTORUM,**

**ANNOTATIONE INEDITA BOISSONADII,**

**CHARDONIS DE LA ROCHETTE, BOTHII, PARTIM INEDITA JACOBSII,**

**METRICA VERSIONE HUGONIS GROTHII, ET APPARATU CRITICO**

**INSTRUXIT**

**FRED. DÜBNER.**

**GRÆCE ET LATINE.**

**VOLUMEN SECUNDUM,**

**CUM INDICIBUS EPIGRAMMATUM ET POETARUM.**



**PARISIIS,**

**EDITORIBUS FIRMIN DIDOT ET SOCIIS,**

**INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHIS,**

**VIA JACOB, 56.**

**M DCCC LXXXVIII.**



Y 42.1  
A6259  
1871  
v. 2  
AMBROSIUS FIRMINUS DIDOT LECTORI.

Secundum hoc Anthologiæ Palatinæ volumen, immatura Frederici Dübneri morte, tres abhinc annos, intermissum, ab eruditissimis hominibus qui nostræ *Bibliothecæ* favent diutius exspectari nolui. Neque vero tam longi intervalli moras crimini vertet aut mirabitur qui sciet Dübneri curas, quo tempore decessit, non ultra exactum cap. XIV consummatas fuisse; capitum XV et XVI textum tantummodo fere ut nunc legitur impressum: annotationem, prioris impressam, non correctam, alterius totam Dübneri manu descriptam, sed typothetis nondum traditam; indices denique Epigrammatum et Poetarum non modo non inchoatos, at ne susceptos quidem, ut qui non nisi tertio volumini accedere deberent. Quæ ubi mihi cognita, rem inceptam ad exitum perducere decrevi. Itaque vix paucis interjectis mensibus, quanto studio quantaque fieri potuit diligentia, opera data est ut spem promissi dudum voluminis effectus firmaret, imo superaret, adsertis nempe in auctarii modum quibusdam et epigrammatum et annotationum additamentis, adjectisque duobus iis, quos dixi, indicibus: quibus conficiendis ut multum temporis impensum, ita non parum utilitatis ex iis, credo, percipient quicumque nostram hanc Anthologiam manibus versaturi sunt. Namque, ut de priore tantum loquar, melior hic consilio institutus, quam qui tomo tertio editionis Jacobsianæ additur, scilicet non ad volumen et paginam, sed ad capita et numeros epigrammatum, lectores referens, et cujusque epigrammatis primi versus prima verba, non ex nostra modo editione, sed ex variis lectionibus, exhibens, diversarum editionum aliquo modo *concordantiam* suppeditat.

Ceterum de ratione hujusce voluminis longius profari non in animo est, quum ample et perspicue Dübnerus in primi Præfatione de apparatu librorum subsidiorumque quibus usus est, et de sociis sui laboris, disseruerit. Satis sit monuisse, in eis, quæ emendandæ supererant, Dübneri annotationibus non adeo nimis brevitati, quam ipse affectaverat, consultum fuisse; sed plurima, sive ad lectionum varietatem, sive ad res et verborum sensum spectantia, e copiis potissimum Jacobsianis, quas ille parcius ac properantius, in ea certe operis sui parte, delibaverat, collata esse, quo commentarius instructior et ornatior evaderet. Quod si ad *Omissa* præsertim (de quibus suo loco dictum est) aliquanto fusius quam in ceteris annotatum est, ita factum crede tum quia ibi multa interpretationis arduæ erant, tum eo quod in ultimis liberis paginis spatium excurrendi suppetebat. Neque aliter in stereotypis, quorum cap. IX integrum et quasdam alias in transcurso plagulas Dübnerus retractaverat, plurima vel post illum emendata sunt; nonnulla leviter, ut par erat licebatque, immutata, quandoque ille aut humanitus erravisse aut suis aliorumque conjecturis nimium concessisse visus; alia, ubi quid loci in aperto erat, apposita, modo vel minimum utilitatis habere possent.

Ut primo volumini pretium operæ Jacobsii Prolegomena minora præponere visum est, ita huic Hugonis Grotii non integra ea quidem, ut minoris emolumenti,

sed eorum extremam partem, in qua magnus vir peculiariter de suo Anthologiæ Planudæ vertendæ edendæque consilio egit.

Tertii voluminis, quod Appendicem novam epigrammatum veterum ex libris et marmoribus ductorum continebit, adjecto indice rerum et nominum in universam Anthologiam, multa jam mihi materia ad manum est, ex libris schedisque Jacobssii, Boissonadii, Welckeri : quam ordinatam ac digestam ita, ut, si non plenum corpus, utilem saltem jucundumque *delectum* efficiat, edere certissimum mihi est, si quid anni mei et hæc tempora certum proponere patiuntur. Quo utinam labore defungi et susceptum tot ab annis opus absolvere Dübnero meo datum esset, vivoque præmium æquatæ cum principibus Anthologiæ græcæ sospitatoribus laudis adipisci! nam mihi temperare non possum, quin hoc voto desiderioque memoriam prosequar optimi amatissimique hominis, quem per annos sex et triginta indefessum laborum meorum, tum in refingendo Thesaurio Stephaniano, tum in condenda amplissima græcorum scriptorum collectione, adiutorem, ad quaslibet operas animo paratissimum semper et copiis doctrinæ instructissimum, habui, ut neque ego sine illo, neque ille sine me, in litteris græcis quidquam molituri esse videremur. Nec tamen ejus tot in antiquitatis disciplinam et in bonas artes merita omnino fama et debito honore destituentur : quippe cui post mortem contigerit laudator disertissimus, summus ille omnis generis elegantiarum doctrinarumque arbiter, multum quoque et feliciter in Anthologia græca versatus exercitatusque, CAROLUS AUGUSTINUS SAINTE-BEUVE : qui ipse, fato quodam, biennio post, eodem octobris die eodemque, quo Dübnerus, anno ætatis, acutissimo morbo interceptus, magno quidquid litterarum est apud nos damno atque luctu affecit. — Parisiis, Octobri m. MDCCCLXX.

His scriptis, quum nostro volumini, propter belli primum germanici, postea civilis et plus quam civilis, tumultum, in publicum prodire per continuos menses non licuerit, interim perlectis denuo stereotypis, alia *addenda et corrigenda* comparata sunt, quæ infra subjicimus. — Septembri m. MDCCCLXXI.

Peractis omnibus, quum jam in lucem proditurus esset noster labor, vir multæ eruditionis, peracuti ingenii et singularis modestiæ, CAROLUS OCTAVIUS DELZONS, in Lycæo Sancti Ludovici professor, cujus auxilio et diligenti opera rem omnem hanc, ex quo Dübneri morte intermissa jacuit, curavi et feliciter absolvi, ipse, vix manu extrema huic volumini imposita, nuperrime, gravissimo implicitus morbo, ætate nondum provecta, decessit; multis ac præcipue Anthologiæ lectoribus deflendus, ut qui ad tertium volumen condendum, omnibus doctrinæ et judicii opibus accinctus, jam accessurus esset. Quod, eo vivente, vel in hoc procæmio tacere (sic enim jubebat ipse) debui, ejus nomen nunc, fide data luctu meo exsolutus, proferre non dubito, et saltem huic paginæ inscribo gratus mœrensque, ac deditorum græcis litteris virorum, de quibus, impensa ad promovendum hoc opus cura, optime meritus est, memoriæ commendo. — Januario m. MDCCCLXXII.

## EX HUGONIS GROTH PROLEGOMENIS.

( Descripta hæc ex Anthologiæ græcæ ab Hieronymo de Bosch editæ tom. I, p. XVI-XX. )

..... Omnium explere desideria, et abstrusiora quoque evolvere, ejus sit cui plurima et legere antehac vacaverit et scribere nunc etiam vacet. Et cujus potius hoc tempore, quam Claudii Salmasii, viri in his studiis eminentissimi, et qui hujus operæ pridem ex chirographo publico est debitor, simulque addendi magnam epigrammatum aliorum copiam ex iis, quas in bibliotheca Palatina vidit, collectionibus antiquis, Meleagri primum, inde Philippi, deinde Agathiæ? Nam quæ vulgata est hactenus, et quam nos versam exhibemus, a Maximo Planude est, qui ex tribus illis selegit quæ voluit, inque libros septem, et dispositos literarum ordine titulos, digessit. Consilium Planudi fuit omittere plebeia, qualia tamen judicio deceptus reliquit non pauca: resecare impia, cujusmodi itidem nonnulla, præsertim Diogenis Laertii et Palladæ, ignorantem aut non observantem transierunt: amovere quoque a juventutis oculis obscœna, et hujus tamen census quædam, sed figuratius dicta, irrepererunt. Ego in alieno opere nihil ausus sum omittere. Lectori opto, ut sic ea legat, sicut Menandri Thaidem Paulus Apostolus (\*). Videat cum dolore, quantum luxata fuerit etiam inter eos, qui Christiani videbantur, disciplina, cum talia scriberentur.

Ego, quidquid mihi ab injunctis laboribus superfuit temporis, id illis semper oblectamentis quæsivi impendere, quæ ab utilitate publica non nimium abscederent. Talia autem vel maxime ea esse judicavi, quæ sub mellitis veluti verborum crustulis sapientiæ præcepta nec sentienti juventuti ingererent. Hoc animo quæ Poetarum dicta apud Stobæum exstant et correximus et latina dedimus (\*\*). Præstitimus idem in iis, quæ digna infigi memoriæ apud græcos Tragœ-

diarum Comœdiarumque scriptores repereramus, sive in manentibus operibus, sive in eorum, quæ periire, reliquiis (\*\*\*).

Accedat ergo ad illos duos, velut fratres suos, tertius hic liber, fructu, quantum ex ante dictis colligi potest, magisque ipsa lectione apparebit, nihilo illis minor. Damus autem hæc Epigrammata et emendatiora quam antehac fuerunt, et latinis versibus quam proxime potuimus ad græcum exemplar expressa. Emendationes partim a nobis sunt, partim ab eo, quem honoris, ut debeo, causa nominare sæpe soleo, Cl. Salmasio, qui editos cum manu veteri exaratis codicibus contulit, quorum codicum auctoritas plurima firmavit, quæ mihi conjectura suggererat. Eodem monitu quædam falsis adscripta veris reddidimus auctoribus, ne quam justitiæ exercendæ occasionem perire pateremur; et suam cuique reddidimus dialectum, velut colorem nativum, multa incrustatione corruptum.

Epigrammata verterunt multi, et quidem viri nostra parentumque ætate illustres, dignitate alii, ut Hermannus Comes a nova Aquila (\*\*\*\*), Thomas Morus, Adolphus Metkerchus; alii literarum principes, Politianus, Erasmus, Alciatus, Scaligeri duo. Lubetne plurium audire non obscura nomina? Marullus, Beatus Rhenanus, Laurentius Valla, Lilius Gyraldus, Jacobus Sannazarius, Joannes Auratus, Georgius Buchananus, Philippus Melanchthon, Joachimus Camerarius, Hadrianus Junius, Henricus Stephanus, Joachimus Mysingerus, Joannes Sleidanus, Janus Secundus, Paulus Melissus, Bonaventura Vulcanius. Ad hos accedant, vel ipso conatu laudandi, Franciscus Bellicarius, Raphael Volaterranus, Philippus Beroaldus, Petreius Tiara, Petrus Crinitus, Paulus Leopardus, Natalis Co-

(\*) [ Qui scilicet ex lasciva Menandri Thaidem versum optimas notæ retulit ( I Cor. XV, 33 ) : φθέρουσιν ἡβή χρεῖσθ' ἀμύλια κακὰ. De quo vid. Meinek. ad Menandri reliq. p. 75; Boisson. in Gnomicos p. 289. ]

(\*\*) [ Dicta Poetarum quæ apud Jo. Stobæum exstant, emendata et latino carmine reddita ab Hugone Grotio. Parisiis, apud Nic. Buon. M.DC.XXIII. 4° ]

(\*\*\*) [ *Excerpta ex tragædiis et comædiis græcis tum quæ exstant, tum quæ perierunt. emendata et latinis versibus reddita ab Hugone Grotio. Parisiis. ap. Nic. Buon. M.DC.XXVI. 4°* ]

(\*\*\*\*) [ Aliter Nuenarius ( Hermann Graf von Neuenar ), de quo vid. Biogr. univ. t. XXXI. p. 94-5. De Metkercho s. Meetkerckio v. ibid. t. XXVIII. p. 469-70. ]

mes, Nathan Chytræus, Lucas Fruterius, Janus Pannonius, Janus Cornarius, Gulielmus Cante-  
rus, Domitius Calderinus, Vincentius Opso-  
pœus (\*).

Me neque horum numerus, neque illorum  
fulgor absterruit, sperata ab æquis iudicibus  
venia ex ipsa laboris in solidum a nemine sus-  
cepti lassitudine. Nam ut Martialis verba leviter  
immutata excusationi prætereunda liceat,

facile est epigrammata cuius  
vertere, sed libros vertere difficile est (\*\*).

Aliud est seligere quæ sua venustate abblandiun-  
tur, quæque sequentem ducunt facili itinere,  
aliud per salebras non minus quam per amœna  
ad finem pergere. Hoc nos præstitimus primi;  
addidimusque, præter Appendices duas, alteram  
Aldinam, alteram Stephanicam, quæcumque

(\*) [ In illorum poetarum recensu a Grotio non tacen-  
dus omnino fuit novissimus quidem, sed non ultimus,  
Florens Christianus, Aurelianensis, qui nostri Hen-  
rici IV pueritiæ instituendæ præfuerat, « vir litteris ele-  
gantioribus haud mediocriter excultus », Thuanus ait,  
et inter sex illos *Satyræ Menippæ* auctores memora-  
tus. Ejus Epigrammata ex libris Anthologiæ græcæ se-  
lecta et latinis versibus reddita prodierunt Parisiis, a.  
1608 (8°), typis Rob. Stephani. Metricas illas versio-  
nes non omisit Andreas Rivinus in suis Chilliadibus tum edi-  
tis tum ineditis (v. Jacobsii Proleg. min. t. I, p. XX  
hujusce edit.) : unde etiam nonnullas earum cum aliis

epigrammata in præclarissimo Inscriptionum a  
Grutero editarum leguntur opere, præterea alia  
sparsim reperta. Nolim eo moveri lectorem,  
quod quædam horum epigrammatum verbis in-  
terdum nonnihil dissidentibus apud Athenæum,  
Diogenem Laertium, aliosque reperiet. Cum  
enim verum sensum haberet illa scriptura, quam  
in veteribus libris olim Planudes conspexit,  
deinde Salmasius, temerarium fuerat eam im-  
mutare ad illorum recitationes, qui sæpe, libris  
inconsultis, ingenio quam memoria feliciore  
posuerunt quod non scriptum fuerat, sed quod  
scribi æque potuerat. Sunt et quædam sub alie-  
nis titulis a Planude collocata, in parte sepul-  
crali maxime : sed illa suis restituere locis, et  
addere quæ in accessiones, fortuito ordine ut se  
dabant, a nobis conjecta sunt, arbitrium cui-  
que esto. Quo facilius sit reperire, si quid le-  
ctum requirit animus, scriptorum nomina cum  
suis operibus, et res, personas, loca denotata  
elenchi exhibebunt, ante editis non paulo melio-  
res auctioresque.

Jos. Scaligeri, D. Heinsii aliorumque descripsit ad cal-  
cem editi ab se Meleagri Fr. Græfius, quem vide et Præ-  
fationis p. XXIII. ]

(\*\*) [ Lib. VII, ep. 85,

facile est epigrammata belle  
scribere, sed librum scribere difficile est.]

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

## CAPUT IX.

IV. — 5. *In Grotianis dele comma post filia silvæ*

XI. — 5. Versus Eratosthenis, ut videtur, ap. Stobæum Floril. LX, 10 et XCV, 15:

Χρειώ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνέυροι;

Πάντολμος ἀνάγκη, *Nécessité l'ingénieuse*, verbis Fontanii. D. Augustinus, Enarr. in Psalm. CXXV, § 12 (t. IV, p. 1426 B, ed. Bened.) de mutuo in mancis et invalidis auxilio. « Iste non potest ambulare; qui potest ambulare, pedes suos accommodat claudo; qui videt, oculos suos accommodat cæco; et qui juvenis est et sanus, vires suas accommodat vel seni vel ægroto: portat illum, etc. »

LIV. — Cicero Cat. maj. c. 2: « Senectus, quam ut alipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti. »

— 6. De usu poetico verbi θέειν v. Meinek. ad Theocr. Id. XXV, 158 (p. 379).

LVIII. — Conf. Martialis De Spect. ep. 1. *Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis...*

LXXII. — De argumento conf. omnino epigr. Leonidæ Tarentini infra n. 316. — 2. Dictis p. 249 adde similem structuram in ep. (ejusdem fortasse Antipatri) 93, 4: Ζεὺς μέγας ὡς ὀλίγῳ παιθόμενος λιθάνῳ, ubi notanda lectio Cod. Pal. σπεισόμενος, quæ facile mutetur in σπινδόμενος.

XCII. — 5, 6. Tres Aldinæ soi habent (sū Ascens. et Steph.); σι et ἀμειβόμεν et Μοίραι Flor. Christianus (Μοίραι cod. Aldi; Μοίραν vett. edd. et Steph.). Fort. ἀμειβόμεθ' ἦν δ' ἐθ.

XCVII. — 1. Ἀνδρομάχης θρήνον, scil. II. X, v. 477: Ἔκτορ, ἐγὼ δούστηνος! κτλ.

CI. — 4. Non mutandum αἰκλίου Piccolos recte vidit: eujus in v. seq. egregiam conjecturam maxime firmit hæc Strabonis VIII, 6, 10: μετὰ τὰ Τρωϊκὰ τῆς Ἀγαμέμνονος ἀρχῆς καταλυθείσης, ταπεινωθῆναι συνέθη Μυκήνας, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλείδων κάθοδον... χρόνοις δ', ὅστερον κατεσκήρτησαν ὑπ' Ἀργείων, ὥστε νῦν μὴ δ' ἱχνος εὐρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πύλῃς..., et ibid. 19: αἱ μὲν Μυκῆναι νῦν οὐκέτ' εἰσὶν... μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπιλθόντες ἄρδην τὰς Μυκῆνας ἀνείλον. Conf. Diodor. XI, 65; Pausan. II, 16, 5, et not. ad ep. 28, 1. — 5. Γέρον Ζεὺς. Vivide inducitur senex aliquis (« senes tantum urbem hoc loco fuisse meminerunt » Jac.) hospitii situm Mycenarum ostendens: qualiter ap. Lucan. IX, 961-979 *Phryx incola* Cæsari monstrator adest *exusta nomen memorabile Trojæ* circumeunti. Ceterum apte Jacobsius comparari jubet illustrem locum Serv. Sulpicii ad Cicer. epistolæ (Fam. IV, 5, 4) de prostratis et dirutis, quæ ante oculos jacent, oppidis Græciæ. — Epitheton πολύχρυσος non est II. N, sed H, 180 et A, 46: adde Soph. El. v. 9: inde Horatius. *dites Mycenæ*.

CX. — 1. Martialis Epigr. IV, 77:

Nonquam divitias deos rogavi,  
Contentus modicis meoque lætus...

CXVIII. — 2 ἀπονεισομένης Steph.

CXXXIII. — 1. Scholion Wechelium F. Morellus sic adscripsit: Ἰππώνωντος ὡς, Στοβζίος: recte. Conf. ep. 381.

CXXXVI. — Meinek. ad Mosch. p. 452: « Eos versus incerto auctori Planudes, Cyro Panopolitano, poetæ sub Theodosio M. claro, tribuit epigraphæ Pal. Κύρου τοῦ μεγ. κτλ. Cui cur fides deneganda sit, nulla causa est. Ad priora comparanda hæc Nonni Dion. XVI, 321: αἶθε πατήρ με δίδαξε τεισσιγάμου δόλον οἶνου et quem locum etiam Passovius apud Jacobsum attulit XX, 372: αἶθε πατήρ μ' ἐδ'. κτλ. Hæc e Cyri versibus manifesto expressa sunt, quæ res eam ob causam memorabilis est, quod inde Nonnum non antiquos tantum poetæ imitatum esse intelligitur. Seriores carminis originem ostendit etiam illud ὡς κεν τέρπεισκον. » Dubitari vero potest hi versus epigramma sint, an nobile fragmentum longioris carminis.

CLVIII. — F. Morellus Terentii versum adscripsit (Ad. IV, 7, 21):

Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris.

CLXXV. — 5. F. Morellus: γρ., Θεωρίλα.

CLXXXV. — *In not. ad v. 2 corr. επεσβόλον.*

CLXXXVI. — 2. Jacobs. Anim. t. VIII, p. 306: « ἔσις Vat. Cod. et omnes vett. edd. usque ad Stephan. qui ἔπεισε habet. Illud verum esse, vidit Huetius p. 12. » — 4. F. Morellus: ἰσ. σοδαρῶν. — *In not. ad v. 5, 6 scr.* ἅπαντα enim ejus opera, ut Thomas Magister dicit in Vita, σύμμουσις... Jac. Del. p. 107.

CCXIV. — F. Morellus hoc lemma adscripsit: σις Πορφύριον κατὰ παρονομασίαν πορφύρας καὶ κογχύλης. Καὶ τὸδε Γεωργίου Πισίδου. et suam hanc metricam versionem:

Orationis, Porphyri, tææ ostreo  
labella tingis et tegis præcordia.

CCXLVI. — 5. Lectio τυπίση ex Musuro.

CCLXX. — *In not. ult. lege constituta,*

CCLXXV. — 3, Musurus αἶθρα (αἶθρα) et v. seq. οἶδε.

CCXC. — 4. Pro πτύσα: fort. κτυπικ, cum *fiagore ruptus*. Conf. Theocr. Id. XXII, 13 sq. et Hor. Od. I, 14, 5. *In not. lege* (Jl. N, 134) et *not. in v. 5, Ἀρωγο- ναύτας δαίμονας, i. e. δαίμ.*

CCCVIII. — 5 μέχρι δ' ἐς Musur.

CCCXVI. — 5. Si cum Salmasio neges lacunam esse, praeferenda videtur Huetii conjectura ἀλλά ποδ' οὗτος, ἦν τι· μοι παραθεῖς (subintellecto ἦ) ἀγρ.; ni malis ἀλλά ποτ' αὐτὸς (*ipse*, melius quam ποδ' αὐτὸς, quanquam passim αὐτὸς reperitur pro ὁ αὐτὸς: v. not. ad VII, ep. 532, 6), ἄν τις μοι παραθῇ γ' ἀγρ. (vel κἀγράδας). — 11 (13). Τῇ, *cape*, servari potuit: cuius cum accusativo exemplum aliud XV, 27, 3. Mox ἀλλά γε Musur.

CCCXVII. — 4. Hecker. I, p. 114 conjecit τὰς χ. ἐλεπον (hæc Athenæi XIV, p. 663 C afferens: τῶ λέπεσθαι χρῶνται ἐπὶ ἀσελγούσι καὶ φορτικῇ; δι' ἀπροδοσίαν ἡδονῆς), probante Meinekio ad Theocr. p. 234.

CCCXX. — 5. Hermanni et Benndorfii correctio γὰρ in prorsus inutilis, quum sit ἀντὶν in versu seq.: γὰ μὲν non mutandum. Magis placet Benndorfii οἱ γε λέγουσιν (Jacobs. οὐ δὲ λέγ., non οὐδὲ, i. e. ἀναδεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐχ ἴσμεν, οἱ λέγοντες ὥς...). Acumen autem epigrammatis videtur esse in voce ὀπλοφοῦν de Venere adhibita: quasi injuriam numini Veneris faciant, qui eam arma gerere et militem agere dicant. Οὐ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμῆτα ἔργα (M. E, 428).

CCCXXVI. — 2. Νομῶν ποίμ. ξ. Conf. ep. 330, 1; Theocr. id. I, 22, ubi Meinek. p. 175. Adde Longum Past. I, 4.

CCCXXXV. — 1 τῷγαμα Musur. Mox legendum videtur Μικχαλιῶνος, Ἐρμῆς; ἀλλ' ἴδε κτλ., ut Ἐρμῆς per appositionem jungatur cum τῷ γαμα, et ἴδε restitatur ad ὁδοί. — 2. Κρήνιον non *verum*, sed *bonum*, χρηστόν, ἀγαθόν. V. Meinek. ad Theocr. p. 332, coll. Theocr. ep. XXI, 3 (infra XIII, n. 3).

CCCXXXIX. — 3 μάρφας Musur.

CCCXLIV. — Agathiae tribuitur in cod. Lugdunensi (scil. Leidensi) quem Niebuhrius ad curandam Agathiae editionem Bonensem adhibuit; hæc quidem ille Præfat. p. XII de eo codice: « Subjiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiae de ludo tabulae Zenonis Aug. [IX, ep. 482], alterum, quod hic quidem eidem Agathiae, in Anthologia vero Leonidae Alexandrino tribuitur. Id h. l. τσόφρον inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero, γχ i. e. 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

Ἀλλὰ τανῶν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὅψε γὰρ ἔγνω  
ὀππόσον Οὐρανίας Καλλιόπα προΐρει. »

CCCXLVII. — 3. Jam F. Morellus: διορθοῦται εἰρεοίης.

CCCLIX. — Exstat ab Agathia παρῳδία V, ep. 302. In lemmate χρήσιμον tenendum.

CCCLXII. — In not. l. 14 scr. Boschius (H. de Bosch).

CCCLXIII. Notissimum idyllium fervidius laudavit et gallice vertit fere accuratius Sancto-Beuvius in iis quæ de Meleagro disseruit. Utamque sit, en quod Manso de edulit non ineptum iudicium: « Elegantissimum carmen

appellant, et abundat dulcibus imaginibus, sed iis, quæ grata novitate lectoris animum parum morantur, immo, ut nimis cumulatæ, tædio quodam afficiunt. Jure præterea dixeris, tam præclaro initio tantæque expectationi exitum non satis respondere. » Idem ad v. 11: « Ἦδη δ' εὐάζ, sc. μύσται Δ. [et sic Grotius]. Innuit vero Διονύσια μεγάλα, quæ vernis mensibus, saltem in quibusdam Græciæ civitatibus (v. c. Athenis, Thucyd. V, 20), agebantur. » Et ad v. 23: « Similis color in Anacr. Od. 19, qua ad bibendum [at quanto festiviori brevitate!] poeta se hortatur. »

CCCLXXIX. — 1 et 3 ὅς Musur. Idem v. 4 οὐδὲ λέων.

CCCLXXXVII. — 5 Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι Musur.

CDXII. — Not. in v. 3. Stephanus non in textu λαλαγεῦσα, sed ζαλαγεῦσα, ut ceteræ Planudæ; at in not. ad p. 53: « pro ζαλαγεῦσα legitur etiam λαλαγεῦσα, et ζαλαγεῦσα, quod postremum a γλάγο; deduci possit. » In scholio Wechel. legendum καὶ μὴν ἡ ζαλαγεῦσα, et sic legitur in scholio fere eodem, quod adscriptum est margini Stephanianæ in exemplo F. Morelli, nisi quod ibi est ἡ μὴν ἡ ζαγλ. — In nota ead. scribere *maxnas*. In VII, ep. 637, 2 μαινίδα; genus pisciculi designare videtur: vid. Jacobs. ad Anal. t. VIII, p. 92.

CDXXIV. — In tit. corr. ΔΟΥΡΙΔΟΣ ΕΛΛΑΙΟΥ.

CDXXV. — Meminisse videtur poeta celeberrimi epigrammatis, sive Aristotelis sive Asclepiadæ, Ἄ δ' ἐγὼ ἀ τλάμων Ἀρετά ... (VII, 145), quod et Mnascalas παρῳήσας (Append. Epigr. n. 53), teste Athenæo V, p. 163.

CDXXXV. — 2. Θεῖς ἀνελῦ, si quid hic deposueris, id quidem exige, ratione recte instituta. Dictum respectu ad præceptum juris civilis quod Plato Legg. XI, p. 913 C dicit κάλλιστον νόμον καὶ ἀπλοῦστατον, καὶ οὐδαμῇ ἀγεννοῦς ἀνδρὸς (Solonis scil.; v. Diog. Laert. I, 57) νομοθέτημα, ὃς εἶπεν, ἀ μὴ κατέθευ, μὴ ἀνέλεη.

CDXXXVII. — In not. ad v. 5 scr. εὐτερον — In v. 9 corr. λιγυρθόγοισιν

CDLXXVI. — F. Morellus adscripsit: Musuri manu interjecta hæc erant in edit. Ital. [i. e. Florent.] Ἀλλ' εἰ τὸ δοῦρας κτλ. [cum var. lect. v. 1 τοῦτο π., 2 ἔσχαε, 3 πάντ' αὐτὰ καυτοῦ].

DVII. — 1. Conjectura (v. p. 250) οὐ τοι ἀοιδῶν ἔσχατος (sc. Ἡσίοδος) non quidem sat perspicua; eodem sensu hoc forte probabilius sit: Ἡσ. τό τ' ἄ. καὶ ὁ τρόπος, οὐ τοι ἀοιδῶν Ἐσχάτου· ἀλλ. ὅκν. — 2. Τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπείων, quod omnino suavissimum inest in ejus versibus, illam quasi mellitam dulcedinem carminum Hesiodi; non, ut Ernestus intelligit, *dulcissimum carminum*, i. e. Opera et Dies. — 4. Ser. ῥήσεις, Ἀρ., ut in latinis; et in not. ad fin. *intemperatæ* (pro *intentissimæ*). Ceterum Ἀρήτου unice veram lectionem esse, et hujus nominis mensuram non constanti usu, quod ait Meinek. primam corripere, probat initium epigr. 25, Γρίμμα τόδ' Ἀρήτοιο ... Nec ipse illud, pariter atque muliebri Ἀρήτη, apud Homerum ceterosque epicis primam producere negat. Conf. L. Dindorf. in Thes. Did. vv. Ἄρατος et Ἀρήτος. Contra minime certa Ruhnkenii emendatio σύμβολον ἀγρυπνίης, quæ exemplis nullis pretii

fulcitur, et unde fit debilis jejunaque constructio, nec exquisitæ Callimachi dictioni congruens. Ideo reducenda videtur lectio Cod. Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη, a Grotio et Jacobso optime expressa: quorum hic apposite contulit Helvii Cinnæ in Anth. lat. II, 251 (n. 76 ed. Meyer.) *Arateis multum vigilata lucernis carmina*, ubi v. Weichert. Poet. Lat. Reliq. p. 194 sq.

**DXIV.** — F. Morellus adscripsit: ἑκαστος τῶν παρόντων στίχων δι' ἐνὸς τῶν κδ'. ἀπαρτίζεται γραμμάτων καὶ εἰς κδ'. ἔχων ἑκαστος τετράκις ἑκαστον γράμμα. (Et ad seq. ep. καὶ οὗτοι ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις εἰσίν.) — 9. Idem: « *Lego Θρήϊκα, θυρσοφόρον* », recte. — Idem ad seq. ep. v. 9: γρ. *θυρσοφόρον*.

**DXV.** — In lat. *lemmate* corr. *præfectum* — **DXLIV.** — In *not. l. 5 corr.* *simulacrum* — **DXLVI.** — In *not. ad v. 5 corr.* II. A, 776: — **DLI.** — In *not. ad v. 3 corr.* (l. 18) *efflées* (l. 20) *des ailes en retombant* — **DLV.** — In *not. l. 3 corr.* Reiskius. — **DLVII.** — In *not. l. 3 corr.* celebratur. — **DLXI.** — 2. In *Grot. scr.* hiems?

**DLXXIII.** — 6. Δουκὶ ὁ Μῆλιος [an Μιλήης?] πλούσιος κατὰ τοὺς χρόνους ὑπάρχει τοῦ Παλλαδᾶ πολλοὺς ἔχοντα; [immo ἔχων] τοὺς θεραπεύοντα αὐτὸν καὶ ὅ τι αὐν βούλοιο ἢ ποιοῖτο ἐπαίνουντας. Ἐκ τούτων οὖν παροιμιῶδες μεταίχεται καὶ κλ. Μιλήη καὶ γελ. Μιλ. Musur. — In *Grotianis scr.* lacrimo.

**DCVI.** — In *lemmate*: εἰς λ. ἔχον Ἀφροδίτην λουομένην. Musur.

**DCXXIX.** — 1 *Effe* Musur.

**DCLIV.** — 2. Theocr. Id. XXI, 16: ἃ γὰρ πένια σφας ἐτίρει.

**DCLXH.** — 5. De producto i in nomine Ἀγαθίας vide ad VI, ep. 80, 1. Adde Niebuhr, De vita Agathiae in ed. Bonn. p. XIII.

**DCXCIV.** — In *not. l. ult. scr.* ἀψίδα,

**DCCXLIV.** — 2. Conf. *not. ad XIV, ep. 4, 7.* Heckerus I, p. 119 correctioni suæ hæc addit: « his verbis redditur ratio verborum progressorum, οἱ πολύαιγοι, et sequentium quod Mercurio Arcadum potissimum agrestium deo hunc caprum dedicaverint pastores; οἳ igitur est ὁ δία τε, cujus exempla dedi in Epist. Crit. Philol. 1850, p. 425. »

**DCCLXVI.** — In tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό Musur. (id est *Pauli Silentarii*, quum in Plan. quoque præcedant epig. 764 et 765.)

**DCCLXVII.** — Lemma: εἰς τράπεζαν, τοῦ αὐτοῦ. Musur.

**DCCLXIX.** — 5 μητ' ἐπιπαίζειν Musur.

**DCCLXXXVII.** — In tit. Σ. Εὐλογίου πατριάρχου Musur. ex v. 6, ut sit idem auctor epigrammatis et conditor xenodochei. — Idem v. 3: σὸν πόδα αἰψα.

**DCCLXXXVIII.** — 2 ἐννοεῖς Musur.

**DCCXCI.** — 6. De correptione diphthongi ου in Πόσ-  
τουμο; et similibus græco-latinis vid. Jacobs. ad h. l. A. P. t. III, p. 631 et p. 926; Welcker. Syll. p. 85.

**DCCXCIX.** — In fine notæ ad v. 1 scribendum videtur ἀπὸ τοῦ εὐ νοῦν ἔχειν, vel εὐ τοῦ νοῦ ἔχειν. Conf. HSteph. Thes. t. III, p. 2365 D. — 5 κούρων F. Morellus conjecterat.

**DCCCVIII.** — 1. Μαξιμόν. Accentus similis mutatio in Κωνσταντίνω; XVI, ep. 384 et 385. Cum nota in h. v. conf. Welck. Syll. p. 114 fin.

**DCCCXXIV.** — Poeta imitatus est Leonidæ Tarent. epigr. quod supra est n. 337. Conf. et X, n. 11. — 2. In *vers. lat. corr.* vaditis

## CAPUT X.

I. — 4. F. Morellus conjectit βρασσαμένη.

XI. — Conf. IX, ep. 337 et 824.

XLV. — 3 *Ei δ' ὁ ΠΔ.* Musur. — 7. In *Grot. corr.* vesana

LV. — 3. Boisson. ad Pachym. p. 49: « *Lego, ὁ τ' ἢ πολλοί*, quod recte opponetur parili formulæ ἢ πάντες: *vel plurimī, vel omnes*. Alius est sensus cum articulo οἱ πολλοί. » Quod, ut inanius, Dübnerus neglexit. — In *not. l. 5 corr.* ad XI, ep. 253.

LXXVI. — 2. *Corr.* πολιορκητάου;

XCVII. — F. Morellus adscripsit Ἀριστοφάνης.

XCIX. — 1. γρ. ἐξήτασα Musur.

CII. — Διοσκορίδου. Musur. — 5 Ταῦτ' ἀγ. Id.

CIV. — 2. F. Morellus apte adscripsit hæc Clementis Alex. Pædag. I. III, c. 6: πολλοὺ δὲ ἀξία οὐ λίθος, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἐσθής, οὐ κάλλος σώματος, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ, ὅς ἐστι λόγος διὰ τοῦ παιδαγωγοῦ παραδιδόμενος εἰς ἀσκήσιν, λόγος ὁ τὴν τρυφὴν ἐξομνύμενος, τὴν δὲ αὐτουργίαν διάκονον παρακαλῶν, καὶ τὴν εὐτέλειαν ἐξυμνῶν τῆς σωφροσύνης τὴν ἔγγονον.

CX. — Conf. Fontanii Fab. XI, 1

CXVIII. — 5 ἄλλ' ἀγε Musur.

## CAPUT XI.

VIII. — 2. γρ. βρέξας Musur. In *vers. lat. corr.* unguentis

XVII. — In *not. ad v. 1, p. 363 a l. 2, corr.* Ἐκ μὲν οὖν Στεφάνου γέγ.

XXVIII. — 4 ἀποτιν Musur., et F. Morellus : fort. ἀποτιν ἔχουσιν.

XXXI. — *In not. ad v. 2 corr.* Salmas.; ὁρνούμενον

XXXVIII. — *In not. l. 7 corr.* C. I. — XL. — 4. *Scr.* κεφαλῆς. — XLV. — *In not. ad v. 3 scr.* Τὸν δὲ, τὸν οὖν. — LII. — 4. *In vers. lat. corr.* sufficit — LVI. — *In not. ad v. 1 punctum dele post* Sic — LXXIV. — 7. *Punctum dele in fine.* — LXXXII. — *In not. ad v. 6 corr.* δολίχῳ, — LXXXVIII. — 2. *Scr.* ἐθέλεις; » — CIX. — *In not. ad v. 2 corr.* ἔφθικται

CXXIII. — 1 ἔχρισεν Musur., quod metro repugnat.

CXXVIII. — 2. *In Grot. scr.* tendere, Flore, soles,

CXXXIX. — 3 ὄντως Musur.

CXLI. — *In not. l. 4 corr.* VI, 19. — 7. Νόμου χάριν sunt qui aliter intelligunt; Grotius: *lex imperat*, et gallicus interpres: *au nom de la loi*, quem malim scripsisse: *pour l'amour de la loi*. Scite enim F. Morellus adscripsit Aristot. Rhet. I, 1, 4: ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔω τοῦ πράγματος.

CXLIV. — *In not. ad v. 3 corr.* II, Y, 157.

CXLV. — 2. *In not l. 3 corr.* ἦν. Optime Jacobs. in not. crit.: « Scaliger in not. mst. corrigit: ῥήτορος ἦν εἰκῶν. Ipse malim: ῥήτωρ ἦ γ' εἰκῶν, *imago quidem orator est*; meditari [declamare] enim videtur; orator autem nonnisi imago imaginis. » Hoc recepto, verti possit: *Sextus ne dit mot, mais le portrait de Sextus declame. C'est le portrait qui est orateur; Sextus lui-même n'est que l'image de son portrait.*

CXLVI. — Docta quædam ac nitidissima manus nostro exemplo Stephanianæ hæc adscripsit: « Dicere poeta cupit, cum in Cyprum, et in ea Solos, venero, atque illic σολοικίζειν etiam didicero, non jam numerato tibi solocismos, sed mensura tota, mittam. Hæc Meursius in *Cypro*, lib. I. cap. 25. pag. 68. *Soli, orum*, urbs Cypri, sic dicta a *Solone*. Idem, cap. 7. prius vero *Æpea*. »

CLXII. — 3 καινήν Musur.

CLXXXVIII. — 3 ὥτων admittebat F. Morellus.

CXCIII. — Conf. Welcker. *Syl.* p. 94. — 2. Menandri fragm. inc. XII, 6:

Ὁ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων, φθόνος  
φθισικὸν πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποιεί,  
ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβῆς παρὰστασις.

Verbum tñkei solenniter dictum, ut ἐτάκη in ep. præc. v. 2, ubi Jacobs. (t. IX, p. 505) laudat Lucret. III, 75, *Macerat invidia*, et Hor. Sat. I, 1, 111. Cf. X, ep. 111; XVI, ep. 266, 1.

CCXVIII. — 4. Καὶ γὰρ Ὀμηρικὸς ἦν. Vid. Meinek. Anal. Alex. p. 8.

CCXXIII. — *In not. l. 8 corr.* quæris? — CCXXIX.

— *In not. corr.* εὔρε — CCXLIX. — *In not. ad v. 4 corr.* πρὸς τινα.

CCLIII. — 3 εἰ σὺ Musur. — *In not. l. 7 dele* infra.

CCLXV. — 5 ἀτρέμας ἰσθί Musur.

CCCXXI. — 8 ὑμᾶς Musur. Grotius legisse videtur ἀποσβέσαις. At imperativus pro optativo est: *in me vero virus omne vestrum pereat et extinguatur.*

CCCLXVII. — 3. Τίνας ἔδραμεν ἥλιος οἴμους. Musur.: ἴσως συνόντος Ἀλκμήνῃ τοῦ Διός. Probabiliter; dignum sane istiusmodi hominibus ζήτημα (de grammaticorum ζητήμασι vid. Jacobs. ad h. l. t. IX, p. 178). Nam nihil hic intelligendum simile Virgiliano (G. I, 337) *Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. vel Quid tantum Oceano properent, etc.*

CCCLVII. — *In not. l. 3 scr.* Jacobs.,

CCCLXX. — 1 Δέ σε πάλιν ἐλ. Musur. Si Planudea lectio ut nihili rejicienda, pro πάλιν vocativum cuiusdam proprii nominis supponendum; at servato πάλιν, tentandum ἐλέγξω, quod male geminatur in ἐλέγγων v. 3; fort. ἐγὼ δὲ πάλιν σε διώξω (i. e. σοῦ κατηγορήσω), τ. νοδ. κτλ. Illud autem πάλιν probatur dictis v. 3, Τούτῳ καὶ ἔδ. ποτὲ Π. *hoc (vitium) jam Pindarus ipse arguens...*; ideoque αὐτὸς probabilior ibi lectio videtur.

CCCLXXVII. — 4 Αἰγύπτιοι Musur. male memor Hom. II, I, 382 et aliorum locorum, ubi Αἰγύπτιος, Αἰγυπτίη, non est dactylicum, sed trisyllabum per synizesin.

CCCLXXX. — Conf. IX, ep. 133.

CCCLXXXIX. — 1. *In Grot. corr.* unus — CCCXCVI. — 3. *In vers. lat. corr.* enim — CCCXCIX. — *In not.* (p. 392, l. 4) *scr.* καταπνεῖν ». — CDI. — *In tit. corr.* ΤΟΙ ΑΥΤΟΥ. — CDII. — 1. *Scr.* Μηδεί;

CDIII. — 4. Fort. ὀψοφαγεῖν.

CDVIII. — 1. Musur. τὸ δὲ γῆρας et v. 2 ἐκτανύσεις ῥυτ.

CDX. — 1. *Corr.* βακτροπροσαίτου,

CXL. — *In not. ad v. 3* (add. et corr. p. 394) *scr* Conf. ep. 38, 5; 56, 1; XII, ep. 50, 1; App. Epigr. 33;

## CAPUT XII.

XXXVIII. — Rhiani epigrammata tractaverunt Nic. Saal, *Rhiant quæ supersunt* (Bonnæ 1831, in-8), p. 66-89; Meinek. Anal. Alex. p. 206-212.

LIII. — *In not. ad v. 5 corr.* κομίζει. — *In not. ad v. 6*, Sancto-Beuvium.

LVIII. — 2. Lectio αἰνήσας Salmasii est; Saalius (p. 72)

post alios eam recepit; et Meinekio Anal. Alex. p. 207 « in αἰνήσας acquiescendum videtur. » — *In not. ad v. 6 corr. adscripsit, a se prius in Add. p. LXXXII prolutum, eum his : « δαίμονιζεν τὸν δαίμονα ἡγείσθαι. Hesych. Jam habes*

LXVI. — *In not. ad v. 6 l. 8 scr. πρὸς τὸ καλόν,*

LXX. — 4. Οἷδα παθὼν θλαστίν. Vertit Sancto-Beuvius De Meleagro p. 491 :

J'ai, pour avoir souffert, appris à compatir.

LXXI. — 1. Τάλαν, τάλαν! Conf. Theocr. Id. VI, 8 ubi Meinek. p. 241.

XCH. — *In not. l. 6 corr. 11 εἰς* — CII. — *In not. l. 22 corr. infra XIII,*

CXX. — 1. Futurum ἀπεροῦμαι pro ἀπερήσομαι tuetur Meinek. ad Theocr. Id. XI, 60, (p. 281).

CXXI. — 3. Lectionem ῥοδόεσσιν Meinek. Anal. Alex. p. 208 defendi posse ait multis similibus, quorum exempla profert; « sed h. l. Brunckium sequutus scripsi ῥοδέσσι, pro quo Jacobsius minus recte ῥοδέαισιν. » — Idem ad v. 6 : « ἀνθερίκην barbara forma est et ab Alexandrinorum poetarum usu longe remota. Cfr. Lobeckius Paral. gr. p. 142. Quod recepi ἀνθερίκην a Brunckio profectum, qui praeterea αὐτὴν frustra in αὐτὴν mutavit. Nam αὐτὴν αὐαλός; dicitur, quemadmodum δειφρὸς et διφάλιος, αὐχμηρὸς et αὐχμαλός, σιγερὸς et σιγαλός. » At Saalius (p. 78) nullus dubitat, retinendam esse Cod. Pal. scripturam ἀνθερίκην, et Thesauri Did. editor ait non constare de genere femin. formae ἀνθερίξ.

CXXIX. — 5. *Corr. Πιριγεύς* — CXXXII. — 2. *In lat. vers. corr. advolans;* — CXLVII. — *In not. l. 7 corr. extinctum* — CLXIII. — *In not. ad v. 3, l. 6 corr. ἄλλα*

CCH. — 2. Meinekio ad Theocr. p. 350 ἐπάγω ut intransitivum explicat, venio. Et Jacobs. : « *Appropriandi quandi, accedendi sensu, quo usitatus ἐπάγεσθαι.* » Sic σύναγον in Theocr. Id. XXII, 82.

CCLXVIII. — *In not. ad v. 4 corr. El δ'*

## CAPUT XIII.

III. — 2. *Scr. τύμβος*

V. — 7. Νέμειον λαιμόνα hinc laudat Meinek. ad Theocr. Id. XXV, 201, ubi haec (p. 381) : « Fuisse totam illam regionem, quam εὐστρον vocat poeta 182, non agris tantum, sed pratis quoque frequentem, ostendit etiam hodierna locorum facies. » Βαδύπεδος Νεμέα Pindar. Nem. III, ep. α'.

VIII. — 1. *Scr. δολίχον*

X. — 2. Scribendum cum Meinekio ad Theocr. Id. I, 5 (p. 171) ποτὶ τὸ Z. (τὸ doricum pro σί). Idem : « Bene emendavit Bentleius quod Codex habet ἀνυσάτομον, nisi quod rectius scripsisset ἀνάς, ἃ τὸ μόνον. »

XX. — 2 (not. p. 466). Exemplis adjectivi κλαεννός adde Scolion IV, 1 : Ἰὼ Πάν, Ἀρκαδίας μεδίων κλαεννός.

XXVI. — 4. *In vers. lat. corr. imperavit*

## CAPUT XIV.

IV. — 2. De forma ἀπάμειπτο vid. Meinek. ad Theocr. Id. XIV, 51, p. 296 sq.

CXIX. — 1. *Leg. διμοιρήσαντο* — CXXVII. — 3. *Scr. γῆρας,*

CXXVIII. — *In not. l. 9 leg. quintam et l. 11, ta-lenta 4 + drachmas*

CXLVIII. — 7. *In not. post Ἀλαμανικὸν punctum dele.*

## CAPUT XV.

XIII — 2 (not.). Latini quoque proverbialiter et figurate *extremis digitis attingere* dicunt; vid. Cicero pro M. Caelio c. 12 init.

XXI. — *In not. ad v. 6 scr. ἐκ τῆς γηρός,*

XXVI. — 1. De glossematica voce στήνη Eustathii locus est ap. Meinek. ad Theocr. p. 398. — In eis quae sequuntur notas ad ep. XXVII laudatum epigramma (p. 525, l. 10) Ἰνώματι Γρηγορίου καὶ acrostichon est, quod illae ipsae Gregorii Gnomae ordine suo efficiunt. Vid. Greg. Naz. Opp., ed. Bened. t. II, p. 584 not. in Titulum γυναικῶν διατίχων.

LI. — 3. « Θηκτὸν omnes veteres edd. praeter Stephan. quae θηκτὸν habet, quod Wechel. receperunt. » Jac. Anim II, 1, p. 256, coll. Prolegom. p. CXX. Florens Christianus θηκτὸν restituit.

## CAPUT XVI.

III. — F. Morellus adscripsit ex Musuro distichon Ἄλμα ποδὸς καὶ. quod est Append. Epigr. n. 112.

IX. — 1. Suidas : Κυνόμνια ἡ ἀναιδής. Quem confer v. Κυνόμνια (II. Φ, 394).

XXVI. — *In not. l. 6 scr. Euphorio fr. 83 [Meinek. Anal. Alex. p. 118]. — Ad v. 4, cum ἐξέμεινοι conf. VII, ep. 301, 4. Sic Latini excipere; ut Cic. De prov. consul. c. 17, quamvis excipere fortunam, et Juvenalis VIII, 249, de Mario, et Cimbros et summa pericula rerum excipit. « Proprie δέχσθαι, et excipere dicuntur de venatoribus, qui ferae adventum inspicant et sustinent impetum. » Dübner ad Hor. Od. 111, 12, 12.*

XXVII. — 5 πάντα λελυνται Musur. Idem ad lemma :

ἐπεγέγραπτο τοῦ τάφου ὡς φησὶν Ἀθηναῖος Χρύσιππον εἰρη-  
λέναι. Repetitum epigramma in App. Epigr. n. 97, cum  
hoc lemmate : ΧΟΙΡΙΑΟΥ. Εἰς τὸν Σαρδαναπάλου τάφον,  
et var. lect. v. 1, σὺν θυμὸν — 2, θανόντι τοι — 4, ταῦτ'  
ἔχω — 5, τέρπν' ἔπαθον —.

XXXIX. — 1. In *Grot. leg. Vesper* — LIII. In  
not. l. 7 scr. — 1 Λαῖα; et l. 14, v. 4 ἄλλο; — LV.  
— 1. In *Grot. imago?* —

LXI. — De Tiberii triumphis adde Tacit. Ann. I, 4 et  
34. — 4 εἶδε conjecerat F. Morellus.

LXXII. — 8. F. Morellus Ἰουστίνου. — LXXIII. —  
1. *Corr. κοσμήσας*?

LXXXVI. — 6 (not.). Conf. ad V, ep. 179, 4.

CXXXI. — In *sine notæ ad v. 1 adde* : Conf. ep.  
134, 7-11. — ὀβλεπέτο Musur. — CXXXII. — 3 ἑστρωσε  
Musur.

CXXXIV. — 3. « Κόμας ἀνάδεσμος est tænia, sive vin-  
culum, quo mulieres in crinibus ligandis, ne sparsi flue-  
rent, utebantur. Notus autem mos capillos in luctu sol-  
vendī. Bion de Venere I, 19, 4 δ' Ἀφροδίτα Λυσαμένηα  
πλοκαμίδας ἀνὰ δρυμῶς ἀλάληται. » *Manso*. Ovidius in  
mortem Tibulli (Amor. III, 9, 3) : *Flebilis indignos,  
Flegeta, solve capillos*.

CXXXV. — In lemmate Μηδ. ἐν τῇ P. Musur. — Idem  
v. 2 ἐλκομένης, v. 3 ἡ μὲν, v. 4 βουλομένην.

CLI. — 3 Τότῃ γάρ γ. Musur., et sic Brunck.

CLX. — 6 ἔξεσεν οἶαν (sic) Ἀφρῆ; Musur.

CLXXI. — 3. « Respexit poeta ad amorem Veneris  
et Martis, Homer. Od. Θ., v. 293 sqq. » A. Chr. Mei-  
neke in Leonid. p. 169.

CLXXIV. — Lemma : εἰς τὴν ἐν Σπάφτῃ ἐνοπλὸν Ἀφρο-  
δίτην, Τουλίου Αἰγυπτίου Musur.

CLXXVIII. — Conf. XI, ep. 174, ubi not.

CLXXXII. — Illustravit A. Chr. Meineke in Leonid.  
p. 67-70; ex quo hæc de pluribus : « Inter elegantis-  
sima hoc carmen poemata numerandum est... Gemmæ  
Anadyomæ. v. in Lipp. Dactyloth. Mill. I, n. 239-248,  
Suppl. n. 143, 144, 147, 167. — 1. Ἐν [sine distinctione  
post κόλπων] de actione nondum absoluta capiendum,  
cum adhuc emergeret. — 4. Non pictam, sed vivam  
exhibuit. Ἐκμάσσειν et Ἐκμάσσεσθαι de iis dictum, qui  
ex massa coacta, e cera et gypso aliquid formant. Cf.  
Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 14. — 6. Γαλήνης πόθος,  
lætum desiderium amoris emicat e vultu. Inde γαλήνην  
dicta a Philodemo X, ep. 21. — 7. Ἀκμή, flos ætatis.  
Sic canis capillus Philodemo V, ep. 112, 4 dicitur σὺν  
τῇ ἀγγέλος ἡλικίᾳ. — 9. Λεπτόμοσθα τῇ κρίσει. Conf. ep.  
178, v. 5 et 6; ep. 174, v. 2. »

CLXXXIII. — Not. in v. 4 sic corr. ἱελεος edit. vett.  
(et Musur.); εἰλελος Steph.

CLXXXVI. — De forma Hermarum cf. VI, ep. 334, 3  
et not. ad IX, ep. 316

CXC. — 4. Brunckius : τῶν ἀρπακτῆρων μὴ τι μ. λύ-  
ων.

CCVI. — 3. Ὅν περὶ Φρόνῃ δερκόμενος se non intelligere  
causatus, pessime mutavit Brunckius in ὅν κυρὶ Φρόνης  
αἰδόμενος. Vulgatam revocavit Huschkius Anal. erit.  
p. 69, cujus doctam loei interpretationem repetiit Jacobs.  
Anim. t. XII, p. 427. Verissime A. Chr. Meineke ad Leonid.  
p. 67 : « Quem (Amorem) Praxiteles δερκόμενος, videns  
[melius intuens, ut Cicero de Phidia in notissimo loco  
Orat. c. 3], περὶ Φρόνῃ nempe quasi vigentem et circum-  
volitantem; i. e. cujus imaginem animo conciperet, cum  
Phrynen amaret. » Qui nihilominus infelicem conjectu-  
ram Brunckii, ut omnino veram, recepit.

CCIX. — F. Morellus ad marg.: Expressit poeta lati-  
nus [Porcius Licinius] apud A. Gell. [XIX, 9. Anth. Lat.  
III, 246; H. Meyeri n. 26]. Hi sunt versus, quos lau-  
davit Jacobs. ad IX, ep. 15 :

Custodes ovium teneraque propaginis agnūm,  
quæritis ignem? Ite huc; quæritis? Ignis homo est.  
Si digito attigero, incendam silvam simul omneru,  
omne pecus; flamma est omnia, qua video.

CCX. — Gallicis versibus eximie imitatus est Andreas  
Chenier, p. 110 novissimæ ed. — 7. Omnino nunc pernitet  
Schneidewini emendationem non rejecisse, calidius a  
Dübnero in textum receptam; nempe μελισσαι μελιτος; ἐρ-  
γάτιδες frigidissima hattologia. Vulgata autem satis per-  
spicua : κυροχότοι; idem est q. μελιρρότοι; cui additum  
ἐντός tanquam participio cuidam, ut ἐντός μέλι στάζουσιν,  
et quæ sequuntur plane liquent. Conf. ep. 305, 4.

CCXI. — 2 ἀτρηῆ; Musur. — CCXV. — 6 λαμπρότης  
Musur.

CCXVII. — F. Morellus hæc adscripsit : Παρφοδία.

Ἡ Μαρὶν μὲν ἐγὼ, ΧΡΙΣΤΩ δ' ἐμὸν ὥπασα μᾶζον,  
τὸν δ' ἔτεκόν τ' ἑτραφὸν τε θεοῦ τέκος ἐσθλὸν ΙΗΘΥΝ.

CCXXIV. — 1 εἴνακα Musur. — 2. Notæ adde : Conf.  
XII, ep. 193, 2.

CCXXVII. — 2 κόπου Musur.

CCXXXI. — 3. Hæc in chartula Dübneris, ante an-  
post descriptam annotationem, incertum : « Præter syn-  
tacticum vitium in νέμονται, superbissime sane Pan-  
vaccas segetes pastum duceret. Immo in saltum ducit, ne  
segetes carpant. Quare scrib. ὄρεα μὴ — νέμονται. » —  
4 ἡυτόκων Musur.

CCLII. — 2. Πτέρυγας, sagittas; ut Anacr. Odar. III,  
v. 16 : βρέφο; μὲν Ἑσπέρῳ φέροντα τόξον Πτέρυγας τε καὶ  
παρέτρην.

CCLIII. — 4. De ἰγνύῃ adde Theocr. Id. XXVI, 17;  
ibi Meineke. p. 387, et Boisson. p. 264 alt. ed.

CCLV. — Lemma ex Musuro : εἰς Ἑρμῆν φυλάττοντα  
παράδεισον. — 3 τῆναι δὲ Musur. — 4 θραύτης (sic) Mu-  
sur. De verbo θράττειν vid. Timæi Lex. vv. Ἐνθράττειν  
et Θράττει. In Milleri *Mél. de Littér. gr.* p. 399 : Θράτ-  
τειν ταραττειν, ἢ ἐνοχλεῖν.

# IN CAPUT XVI.

IV

CCLVI. — 5. De ἐρημορίας vid. Meinek. ad Theocr. Id. VIII, 60, p. 268. Cf. IX, ep. 396, 4.

CCLXVI. — 1. Τάξω. Vid. not. ad XI, ep. 192 et 193.

CCCVI. — 2. « Στραπτὼν referamne ad Anacreontem, an ad δινωτοῦ? Quod si prius verum est, exponam: *inflexo et intorto corporis habitu, titubantis ritu*. At si pertinet ad δινωτοῦ, adverbialiter sumendum est: *in lapide rotundo et tortili*. — 7. Μεγιστή. Megistæ nulla mentio in Anacreonteis, quæ supersunt; sed carmine sequenti idem comes est Bathyllo. » A. Chr. Meinek. ad Leonid. p. 62.

CCCVIII. — 7 ἀγλαΐζεται Musur.

CCCXLI. — 4 νεῖκος Musur.

CCCLXI. — *Nota in v. 6 adde*: at vide VII, ep. 410, 3-4.

CCCLXX. — 2. Εἰν ἐνί. Conf. ep. 66, 2.

XIX \* (Om.). 3. *In lat. scr. curæ*

CCCLXXXVII \*. — *In not. ad v. 1 scr. πόλω ce* — p. 643 (a) l. 35 leg. *ζαψωδός* et l. 51, εἶναι — p. 644 (a) l. 28 leg. *λέγουσα*



# ANTHOLOGIA

## EPIGRAMMATUM GRÆCORUM.

### CAPUT IX.

#### ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ.

##### 1. ΠΟΛΥΓΙΝΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο τιθνητήριον οὖθαρ  
ἐμπλεον οἰδούσης πικρὸς ἔτυψεν ἔχρις.  
Νεβρός δ' ἰομιγῇ θηλὴν σπάσε, καὶ τὸ δυσαλθὲς  
τραύματος ἐξ ὀλοῦ πικρὸν ἐβροξε γάλα.  
Ἄδην δ' ἠλλάξαντο, καὶ αὐτίκα νηλεῖ μοίρῃ,  
ἣν ἔπορεν γαστήρ, μαστὸς ἀφεῖλε χάριν.

##### 2. ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Κεμμάδος ἀρτιτόκου μαζοῖς βρίθουσι γάλακτος  
ἡ φονίη δακέτων ἰὸν ἐνῆκεν ἔχρις·  
φαρμαχθὲν δ' ἰὼ μητρὸς γάλα νεβρὸς ἀμέλγας  
χεῖλεσι, τὸν κείνης ἐξέπιεν θάνατον.

##### 3. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰνοδίην καφύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν  
καισὶ λιθοβλήτου παίγνιον εὐστοχίης.  
Πάντας δ' ἀκρεμάνας τε καὶ εὐθαλέας ὁροδάμους  
κέχλασμαι, πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη.  
Δένδρεσιν εὐκάρποις οὐδὲν πλέον· ἡ γὰρ ἔγωγε  
δυσδαίμων ἐς ἐμὴν ἔβριν ἐκαρποφόρουν.

##### 4. ΚΥΛΛΗΝΙΟΥ.

Ἢ πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζαῖδαρος ὁπώρας

#### HUGONIS GROTHII VERSIO.

##### 1. POLYGENI SARDIANI.

Cerva recens mater (quis talia credat) in ipso  
Ubere vipereis dentibus icta fuit.  
Hinnulus exsuxit totum cum lacte venenum,  
Dum fluit ex sævo vulnere tracta lues.  
Contulerat venter quod munus, id abstulit uber,  
Et vivit sobolis morte redempta parens.

##### 2. TIBERII ILLUSTRII.

Uteribus cervæ gravidæ, modo ventre solutæ,  
ANTHOLOGIA II.

#### EPIGRAMMATA DEMONSTRATIVA.

##### 1. POLYGENI SARDIANI.

Capræ nuper-enixæ nutricium uber  
plenum turgentis infestus ferit serpentis.  
Hinnulus autem veneno-mixtam mammam suxit, et in-  
vulnere ex funesto amarum glutit lac. [sanabile  
Orcum vero inter-se-commutarunt, et statim immitti fato  
quam præbuerat venter, mamma abstulit gratiam (vitam).

##### 2. TIBERII ILLUSTRII.

Capræ nuper-enixæ mammis gravatis lacte  
cruenta inter-venenatas-bestias virus immisit vipera;  
et medicatum veneno lac matris hinnulus postquam-suxit  
labris, illius ipse exhibuit mortem.

##### 3. ANTIPATRI, vel PLATONIS.

In-via nucem me arborem prætereuntibus plantarunt  
pueris lapidum ludicrum missorum-solenter.  
Omnes vero ramulosque et virentes surculos  
fracta-sum, crebris lapidibus dum-petor.  
Arboribus fecundis nil prodest fecunditas: sane enim ego  
infelix in meam injuriam fructus-ferebam.

##### 4. CYLLENII.

Pridem in quercetis falsorum ferax autumnus-donorum

Immisit virus vipera sæva sum.  
Hinnulus, inde trahens corrupti pocula lactis,  
Maternam tenero combibit ore necem.

##### 3. ANTIPATRI, ut alii volunt, PLATONIS.

Ludibrium pueris lapides jaculantibus arte,  
Nux ego sum tritæ non bene juncta viae:  
Totque simul manibus sævum repetentibus ictum  
Destituor ramis destituorque coma.  
Heu nulla arborens comitatur gratia partus,  
Fecundæ tuto non licet esse mihi.

##### 4. CYLLENII.

Quæ prius in saltu media inter lustra ferarum

ἀχράς, θηροπότου πρέμνον ἐρημοσύνης,  
 ὀθνεῖσι δ' αἰσὶ μετέμυτος, ἥμερα θαλλῶ,  
 οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.  
 Ὑπολλῆ σοι, φυτοεργῆ, πόνου χάρις· εἴνεκα σεῖο  
 ἀχράς ἐν εὐκάρποις δένδροισιν ἐγγράφομαι.

## 5. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ὅχνη, χεῖρὸς ἐμῆς γλυκερὸς πόνος· ἥ μὲν ἐφ' ὕγρῳ  
 εἰλοῖφ' φυλλάδ' ἔδησα θέρει· πτόρθος δ' ἐπὶ δένδρῳ  
 ῥιζωθεὶς δένδροιο τομῇ, καὶ καρπὸν ἀμείψας,  
 νέρθε μὲν ἀχράς ἐτ' ἔστιν, ὑπερθε δ' ἄρ' εὐπνοος ὄγνη.

## 6. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀχράς ἔην· σέο χερσὶ μυρίπνοον \* ὄγνην ἔθηκας,  
 δένδρῳ πτόρθον ἐνείεις· σὴν χάριν εἰς σέ φέρω.

## 7. ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ.

Εἴ καὶ σε πολὺρῳνος αἰεὶ πῖμπλησιν ἀκουάς  
 ἢ φόβος εὐχομένων, ἢ χάρις εὐξαμένων,  
 Ζεῦ Σχερίης ἐφίπων ἱερὸν πείδον, ἀλλὰ καὶ ἡμέων  
 κλῦθι, καὶ ἀψευδαῖ νεῦσον ὑποσχέσῃ,  
 ἥδη μοι ξενίης εἶναι πέρας, ἐν δέ με πάτρη  
 ζῶειν, τῶν δολιχῶν παυσάμενον καμάτων.

## 8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐλπίς αἰεὶ βίотου κλέπτει χρόνον· ἡ πυμάτῃ δὲ  
 ἥως τὰς πολλὰς ἐφθασεν ἀσχολίαις.

## 9. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλάκις εὐξαμένη μοι αἰεὶ θυμῆρες ἔδωκας  
 τέκμαρ ἀκυμάντου, Ζεῦ πάτερ, εὐπλοῖης·  
 ὥγης μοι καὶ τοῦτον ἔτι πλόον, ἥδ' ἀσώσασαι  
 ἥδη, καὶ καμάτων ὄρμισον εἰς λιμένας.  
 Οἶκος καὶ πάτρη βίотου χάρις· αἰ δὲ περισσὰι  
 φροντίδες ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος.

Sponte tuli nulla prosata lege pira,  
 Arte nova genitrix, alienis insita ramis,  
 Munus adoptivum, mitia poma, fero:  
 Rustice, magna tibi sit gratia; filia silvæ;  
 Hortorum posthac incola dives ero.

## 5. PALLADÆ.

*De arbore inoculata.*

O pira grata manus nostræ labor: ipse per æstus  
 Applicui ramum ramo: sic insitus hæsit  
 Surculus, et gaudet mutatis foetibus arbor,  
 Quæ subter fera poma gerit, fragrantia supra.

## 7. JULII POLYÆNI.

post hos Nicander præstantiorem sortitus-est laudem.

Quem prius in bellis princeps Adrianus habebat,  
Lethæis sed longa quies admoverat undis.  
Nunc sub Anastasio, quo rex haud fortior alter,  
In lucem me reddo, bonum legionibus ingens.  
Ille scit et pugnas et Martia facta docere,  
Ille scit occiduo positas in littore gentes,  
Et Persas mecum Saracenaque perdere castra,  
Hunnotumque in equis celeres ad prælia turmas,  
Et toties refugos in devia rupis Isauros.  
Totus Anastasio faciam mox pareat orbis,  
Quam sua majorem Trajano conspicit Eos.

## 211. INCERTI.

De Nicandro.

Chiron, Hippocrates, Pæon, et Apolline natus  
Nomen habent: sed et hos Nicandri gloria vincit.

## 212. ΑΛΛΟ.

Φάρμακα πολλά μὲν ἐσθλὰ μειγμένα, πολλὰ δὲ λυ-  
Νικάνδρος κατέλεξεν, ἐπιστάμενος περί πάντων [ γρὰ  
ἀνθρώπων. Ἡ γὰρ Παιήνός ἐστι γενέθλης.

## 213. ΑΛΛΟ.

Καὶ Κολοφὼν ἀρίστηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται,  
δοιοὺς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους,  
πρωτότοκον μὲν Ὀμηρον, ἀτὰρ Νικάνδρον ἔπειτα,  
ἀμφοτέρους Μούσαις οὐρανίησι φίλους.

## 214. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Τῇ τῶν λόγων σου κογχύλῃ, Πορφύριε,  
βάπτεις τὰ χεῖλη, καὶ στολίζεις τὰς φρένας.

## 215. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Αἶε θηλυτέρησιν ὕδωρ κακὸν Ἑλλήσποντος,  
ἔεινε· Κλεονίκης πεύθεο Δυρράχιδος.  
Πλωε γὰρ ἐς Σηστὸν μετὰ νυμφίον· ἐν δὲ μελαίνῃ  
φορτίδι τὴν Ἑλλῆς μοῖραν ἀπεπλάσατο.  
Ἡροῖ δευαίη, σὺ μὲν ἀνέρα, Δηίμαχος δὲ  
νύμφην, ἐν παύροις ὠλέσατε σταδίοις.

## 216. ΟΝΕΣΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥ.

Ἀρμονίης ἱερὸν φήσεις γάμον· ἀλλ' ἀθέμιστος  
Οἰδίποδος. Λέξεις Ἀντιγόνην δσίν·  
ἀλλὰ κασίγνητοι μιαιώτατοι. Ἀμβροτος Ἰνώ·  
ἀλλ' Ἀθάμας τλήμων. Τειχομελὴς κιθάρη·  
ἀλλ' αὐλὸς δύσμουτος. Ἴδ' ὅς ἐκεράσσατο Θήβη  
δαίμων, ἐσθλὰ κακοῖς ὃ' εἰς ἐν ἔμειζεν ἴσα.

## 217. ΜΟΥΚΙΟΥ ΣΚΕΥΟΛΑ.

Αἱ χίμαροι, τί ποτ' ἄρα πὰ μὲν θύμα καὶ τιθύμαλλα  
λείπετε καὶ χλοερὴν αἰγίνομον βοτάνην,  
γυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε  
ἀμφὶ τὸν ὕλιδάτην ἀλλόμεναι Νόμιον;  
οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύσετε; μή ποτ' ἀπεχθὲς  
ἀντήση κορύνη χειρὸς ἀπ' αἰπολικῆς.

## 212. ALIUD.

Pharinaca multa quidem bona mixta, multa vero fu-  
Nicander recensuit, doctus præter omnes [ uesta  
homines. Sane enim ex-Pæonia est gente.

## 213. ALIUD.

Et Colophon spectatissima inter urbes fuit,  
binos quæ-aluit filios optima-mente-pollentes.  
primogenitum quidem Homerum, sed Nicandrum deinde.  
utrosque Musis celestibus caros.

## 214. LEONTIS PHILOSOPHI.

Tuorum sermorum murice, o Porphyri,  
tingis labra et vestis mentes.

## 215. ANTIPATRI MACEDONIS.

Usque feminis aqua mala est Hellespontus,  
o hospes : Cleonice sciscitare Dyrrhachidem.  
Navigabat enim in Sestum conventura sponsum : sed in  
nave Helles sortem repræsentavit. [ nigra  
Hero misera, tu quidem virum, Deimachus vero  
nympham, in paucis perdidistis stadiis.

## 216. ONESTÆ CORINTHII.

Harmonie sacras dices nuptias ; sed nefarie  
Œdipodis nuptiæ. Narrabis Antigonen piam ;  
sed fratres scelestissimi. Immortalis facta Ino ;  
sed Athamas miser. Muros-cantu-condens cithara ;  
sed tibia funestis-Musis. En quomodo temperavit Thebis  
dæmon, et bona malis in unum miscuit pari-mensura.

## 217. MUCII SCÆVOLÆ.

Vos capræ, quid demum thyma et tithymalla  
linquitis et viridem quam-capræ-tendent herbam,  
curvos vero aliæ in alias saltus feroces editis  
circa incedentem-per-silvas salientes Pastoralem-deum ?  
nonne a pugilatu desinetis ? ne quando invisa  
occurrat clava manu ex pastoralis.

## 212. INCERTI.

De eodem.

Mille salutiferas herbas, et mille nocentes  
Maxima Nicandri sapientia corpus in unum  
Contulit. Haud mirum : genus illi a Pæone summo.

## 213. ALIUD.

De eodem.

Laudibus egregias Colophon supereminet urbes,  
Quæ peperit natos nomina magna duos,  
Patria Nicandrum veteri sociavit Homero,  
Ne nova Pieridum laus aliunde foret.

## 214. LEONIS PHILOSOPHI.

Porphyrie, vere purpura est sermo tuus :  
Nam labra tangit, ornat et mentem simul.

## 215. ANTIPATRI MACEDONIS.

Femineo semper generi gravis Hellespontus :  
Dyrrachis hoc, hospes, te Cleonica docet.  
Ducitur insigni dum per freta æva marito,  
Mergitis hanc, Hellen quæ rapuistis, aquæ :  
Deimachus spatii fluctus brevis inter et Hero,  
Ille suam sponsam perdidit, ista virum.

## 216. ONESTÆ.

Si sacer Harmonie torus est, incestus at ille  
Œdipodis ; pietas lucet in Antigone,  
Impia sed fratrum certamina : diva sit Ino,  
Sed miser est Athamas : urbis origo lyra,  
Tibia pernicies. Sic miscuit omnia Thebis,  
Ut bona fata malis redderet æqua Deus.

## 218. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ ΝΙΚΑΕΩΣ.

Ἄβῳλε χαιμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου  
 δειλαίην, νεκύων φόρτον ἀμειψαμένην.  
 Αἰδέομαι σωθεῖσα. Τί μοι πλέον ὄρμον ἰκέσθαι,  
 δευομένη φωτῶν πείσματα δημομένων ;  
 Κωκυτοῦ με λέγοιτε βαρὺ σκάφος· ὤλεσα φῶτας,  
 ὤλεσα· ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος.

## 219. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Αἰγιόχου Σχύροιο λιπὼν πέδον Ἴλιον ἔπλω  
 οἷος Ἀχιλλεΐδης πρόσθε Νεοπτολέμος,  
 τοῖος ἐν Αἰνείδῃσι Νέρων ἀγὸς ἄστυ Ῥέμοιο  
 νεῖται, ἐπ' ὠκυρόην Θύβριν ἀμειψάμενος,  
 κοῦρος ἔτ' ἀρτιγένειον ἔχων χνόον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἔγχει  
 θυεν· ὁ δ' ἀμφοτέροις, καὶ δορὶ καὶ σοφίῃ.

## 220. ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΑΗΣΙΟΥ.

Ἄχλοερὰ πλατάνιστος ἴδ' ὥς ἔκρυψε φιλεύντων  
 ὄργια, τὰν ἱερὰν φυλλάδα τεινομένην.  
 Ἄμψι δ' ἄρ' ἀκρεμόνεσιν εὖτις κεχαρισμένος ὄραις  
 ἡμερίδος λαρῆς βότρυς ἀποκρέμαται.  
 Οὕτως, ὦ πλατάνιστε, φούρις χλοερὰ δ' ἀπὸ σείο  
 φυλλὰς δαί καύθοι τοὺς Παφίης ὀάρους.

## 221. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Αὐγάζω τὸν ἀφυκτον ἐπὶ σπραγίδος Ἔρωτα  
 χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεύοντα βίαν,  
 ὥς τῇ μὲν μάλιστα κατ' αὐχένος, ἣ δὲ χαλινούς  
 εὐθύνει· πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.  
 Φρίσσω τὸν βροτολογόν· ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάζων  
 ἄγριον, οὐδ' ὀλίγων φείσεται ἀμερίων.

## 222. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἄνερα θῆρ, χερσαῖον δὲ πόντιος, ἄπνοον ἐμπνοῦς,  
 ἀράμενος λοφίῃς ὑγρὸν ὑπερθε νέκυν,  
 εἰς φαμάθους ἐκόμισσα. Τί δὲ πλέον; ἐξ ἄλλος εἰς γῆν  
 νηξάμενος, φόρτου μισθὸν ἔχω θάνατον·

## 218. ÆMILIANI NICÆENSIS.

Utinam hiberni me submersissent fluctus maris  
 miseram, mortuorum onus pro-vivis-ubi-acceperam !  
 Pudore-afficior servata. Quid me juvat portum subiisse,  
 destitutam viris retinacula alligaturis ?  
 Cocyti me dicatis gravem scapham : perdidī viros,  
 perdidī : naufragi autem sunt intra portum.

## 219. DIODORI SARDIANI.

Capras-pascentis Scyri linquens solum Ilion navigabat  
 qualis Achillides olim Neoptolemus,  
 talis inter Æneadas Nero dux in-urbem Remi  
 redit, ad celeriter-fluentem Thybrim transgrediens,  
 puellus adhuc recenti-in-mento lanugine. Sed ille hasta  
 animosus-erat, hic utroque, et lancea et doctrina.

## 220. THALLI MILESII.

Viridans platanus vide ut abdit amantium  
 mysteria, sacram frondem protendens.  
 Circa vero ramos suos gratus tempestivo flore  
 vitis jucundæ racemus dependet.  
 Sic, o platane, crescas : viridesque ex te  
 frondes usque tegant Paphiæ susurros.

## 221. MARCI ARGENTARII.

Video inevitabilem in sigillo Amorem  
 manibus leoninam qui-habenis-regit violentiam,  
 ut una quidem flagellum in cervicem, altera vero frena  
 dirigit : multa autem circum-floret gratia.  
 Tremo homicidam : hic enim et belluam domans  
 feram, ne paucis quidem parcat mortalibus.

## 222. ANTIPHILI BYZANTII.

Virum bellua, terrestrem maritima, inanimem animata,  
 sublatum supra tergum in-aqua mortuum,  
 ad arenas vexit. Sed quid inde lucri ? ex mari in terram  
 postquam-natavi, oneris pretium habeo mortem ;

## 218. ÆMILIANI NICÆENSIS.

Me quoque debueras, Nereu, submergere ponto,  
 Qua rate tot mersi triste feruntur onus.  
 Esse pudet salvam ; quid enim mihi tangere portus,  
 Cum desint, religunt qui mea vincla, viri ?  
 Cocyti trux cymba vocer. Periere virorum  
 Robora ; navifragos, hei mihi, portus habet.

## 219. DIODORI SARDIANI,

*Diopithis filii.*

Qualis Achillides Scyri scopulosa relinquens  
 In Phrygiam rexit vela Neoptolemus,  
 Talis tecta Remi repetit, magnique fluenta  
 Tibridis, Æneadum duxque caputque, Nero.  
 Huic quoque prima viret lanugo : sed ille valebat

Armis, hic armis ingenioque simul.

## 221. ARGENTARII.

Miror in hac gemma spectans immane leonis  
 Robur ut aurigæ more gubernet Amor.  
 Illa inanus frenum docta regit arte, flagellat  
 Ista jubam : puero blandus in ore decor.  
 Hunc ego crudelem metuo ; non parcat, opinor,  
 Ille homini talis, cui fera ludus erat.

## 222. ANTIPHILI BYZANTII.

Exanimem vivens, hominem fera, nata profundo  
 Terrigenam dorso per vada salsa tuli,  
 Littoreque exposui : propius sed terra natanti  
 Vecturæ pretium tristia fata dedit.

- β δαίμονα δ' ἀλλήλων ἡμεΐψαμεν· ἡ μὲν ἐκείνου  
χθὼν ἐμέ, τὸν δ' ἀπὸ γῆς ἔκτανε τοῦμόν ὕδωρ.

## 223. BIANOPOΣ.

Ἀγγελίην παρ Ζηνὸς ἐπεὶ φέρεν ἡεροδίνης  
αἰετὸς, οἰωνῶν μῦθος ἀναυράνιος,  
οὐκ ἔφθη τὸν Κρήτα· θοὴν δ' ἐπετείνατο νευρὴν,  
πιτηνὸν δ' ὁ πτερόεις ἴος ἐλεῖσάτο.  
Ζηνὸς δ' οὔτι Δίκην ἔλαθεν μόνος· ἔμπεσε δ' ὄρνις  
ἀνδρὶ, τὰ δ' εὐστοχίης ἀνταπέτισε βέλῃ.  
Ἀὔχενι δ' ἰὸν ἐπηξεν, δν ἤπατι κοίμισεν αὐτός·  
ἐν δὲ βέλους δισσῶν αἵμ' ἔπιεν θανάτων.

## 224. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Αἶγά με τὴν εὐθλον, ὅσων ἐκένωσεν ἀμολγεὺς  
οὐθата πασάων πουλυγαλακτοτάτην,  
γευσάμενος, μελιηδὲς ἐπεὶ τ' ἐφράσσατο πῖαρ  
Καῖσαρ, κῆν νηυσὶν σύμπλοον εἰργάσατο.  
Ἦξω δ' αὐτίκα που καὶ ἐς ἀστέρας· ὧ γὰρ ἐπέσχον  
μαζὼν ἐμὸν, μεῖων οὐδ' ὅσων Αἰγιοχόν.

## 225. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἄσωπις κρήνη καὶ Πηγασίς, ὕδατ' ἀδελφά,  
ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδοβράγέα·  
χὼ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέδας Ἀκροκορίνθου  
ἔπληξε. Ὡ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίῃ!

## 226. ΖΩΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Αἰ δ' ἄγετε ξουθαὶ σιμεληίδες ἄκρα μέλισσαι  
φέρβεσθ' ἢ \* θυμέων ρικινὰ περικνῖδια,  
ἢ πετάλας μάκωνος, ἢ ἀσταφιδίτιδα ῥῶγα,  
ἢ ἴον, ἢ μάλων χνοῦν ἐπικαρπίδιον·  
πάντα περικνίξασθε, καὶ ἄγγεα κηρώσασθε,  
ὅτῃρα μελισσοσῶος Πάν ἐπικυψέλιος  
γεύσεται τὸ μὲν αὐτός, ὁ δὲ βλισστηρίδι χειρὶ  
καπνώσας βαιὴν κύμμι λίπῃ μερίδα.

Mutavit fortuna vices, meaque attulit illi  
Unda, mihi tellus, res aliena, necem.

## 223. BIANORIS.

Nescio quæ superûm domini mandata ferebat,  
Quæ secreta poli sola pererrat avis.  
Velox illa; sed est Cretis velocior arcus:  
Alite de telo quo cadat ales habet.  
Sed justum patet esse Jovem; namque ales in ipsum  
Decidit, et repetunt vulnera missa virum.  
Visceribus volucris tulit, auceps vulnera collo,  
Unaque de gemina morte sagitta madet.

## 224. CRINAGORÆ.

Ubere præstantem, pluit in mulctralia cui non

et dæmonem inter-nos permutavimus: illius quidem  
tellus me, terrestrem vero occidit mea aqua.

## 223. BIANORIS.

Nuncium a Jove quum ferret in-aere-gyros-agens  
aquila, avium sola cæli-incola, [intendit nervum,  
non antevertit Cretensem sagittarium; velocem sed is  
volucrumque alata sagitta prædam-habuit.  
Jovis veroneutiquam justitiam fefellit solus: sed incidit avis  
viro, et hic certæ-manus expiavit missilia. [ipse:  
Collo autem cadens sagittam infixit, quam corde sopiverat  
unumque missile binorum sanguinem bibit funerum.

## 224. CRINAGORÆ.

Capram me mammosam, quarumcumque exhaust pastor  
ubera ex-omnibus lactis uberrimam, [animadvertit  
postquam-gustavit, et dulcedinis-melleæ florem-laticis  
Cæsar, etiam in navibus sociam-navigandi fecit.  
Ibo autem postea, opinor, et in astra. Cui enim præbui  
mammam meam, minor nec tantillum est Ægiocho:

## 225. ONESTÆ.

Asopius fons et Pegasus, latices fraterni,  
sunt equi et fluvii dona pede-rupta;  
et ille quidem feriit Heliconis, hic vero venas Acrocorinthi  
impulit. O tali æqualem dexteritatem!

## 226. ZONÆ SARDIANI.

Eia vos agite, flavæ alvearium apes, summa  
depascite aut thymorum rugosa et acuta (?),  
aut folia papaveris, aut passæ-uvæ acinos,  
aut violam, aut malorum lanuginem fructibus-insiden-  
cuncta circumrodite, et vasa cera-obducite, [tem:  
ut apum-curator Pan alvearium-præses  
gustet hoc quidem ipse, tum vero fumigatrice manu  
excitato-fumo parvam et vobis relinquat partem.

Alter tam multo lacte bonoque, capram,  
Melliflui Princeps expertus dona liquoris  
En pelago comitem me jubet ire sibi.  
Restat ut alta petam quoque sidera; nam cui mammam  
Præbeo, cælesti non minor ille Jove est.

## 226. ZONÆ SARDIANI.

Pergite mellificæ vel summa cacumina florum  
Carpere, vel ramum de bene olente thymo,  
Vel siccos acinos, vel lata fronde papaver,  
Aut leve quod pomis eminet, aut violas:  
Omnia pascentes implete liquoribus alveos,  
Ut Pan, a vobis qui mala pellit, apes,  
Ipse sibi gustet, cum fumo cætera tollat,  
Sit tamen ut vobis pars quotacunque super.

## 227. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἀκταῖην παρὰ θῖνα διαυγίος ἔνδοθεν ἄλμας  
 ἰχθύα πουλυπόδην ἔδρακεν ἰχθυόδολος·  
 νηχομένην δ' ἐπόρουσε καὶ ἐξ ἁλὸς ἦκ' ἐπὶ χέρσον  
 ἀρπάγδην, ἄγρης δεσμὸν ὑποφθάμενος.  
 Αὐτὰρ ὁ διακηθεὶς κατακαίριος ἔμπεσε δειλῷ  
 πτωκὶ ταχύς· σχοίνῳ κείτῳ γὰρ ὑπναλῆος.  
 Τὸν δὲ γυθεὶς περὶ πάντα πεδήσατο, φωτὶ δ' ἐπ' αὖ-  
 ἐμυθίτην ἄγρην χερσὸθεν ἤντιασε. [γρην]

## 228. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἀγγελίης ἤκουσεν ἀνωίστου Μελίτεια,  
 υἷα σὺν φόρῳ κύματι κρυπτόμενον·  
 ἡϊόσιν δ' ἐπικέλσαν ἀλίκλυστον δέμας ἄλλου  
 δύσμορος οἰκείης σύμβολον εἶδε τύχης,  
 υἷα δ' ὡς ἔστειλε. Δίῳ δ' ἐπὶ νηὸς ἀθραύστου  
 ἤλυθεν εὐκταίης σῶος ἀπ' ἐμπορίας.  
 Μητέρες ὡς ἀνίσου μοίρης λάχον! ἡ μὲν ἀελοπτον  
 ζῶον ἔχει, κείνη δ' ὄψεται οὐδὲ νέκυν.

## 229. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀρχαίη σύνδειπνε, καπηλικὰ μέτρα φιλεῦσα,  
 εὐλαλε, πρηγέλως, εὐστομε, μακροφάρυξ,  
 αἶεν ἐμῆς πενίης βραχυσύμβολε μύστι, λάγυνε,  
 ἤλθες θύμας ὑπ' ἐμὴν χειρὰ ποτε χρόνιος.  
 Αἶθ' ἀφελὴς καὶ ἀμικτος ἀνύμφευτός τε παρείης,  
 ἔφθορος ὡς κούρη πρὸς πόσιν ἐρχομένη.

## 230. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἀμβαινὼν Ἑλικῶνα μέγαν κάμεε, ἀλλ' ἐκορέσθης  
 Πηγαΐδος κρήνης νεκταρέων λιβάδων·  
 οὕτως καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος· ἦν δ' ἄρ' ἐπ' ἄκρον  
 τέρμα μολῆς, ἀρύση Πιερίδων χάριτας.

## 231. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἀῦν με πλατάνιστον ἐφερπύζουσα καλύπτει  
 ἄμπελος· ὀθναίῃ δ' ἀμφοιτέθληα κόμη,  
 ἢ πρὶν ἐμοῖς θαλέθουσιν ἐνιθρέψας ὁροδάμνους

## 228. APOLLONIDÆ.

Horrida pertulerat Melitinæ fama parenti,  
 Cum lacera natum puppe perisse mari.  
 Conspicit alterius propulsum corpus ab undis,  
 Et miseram proprii movit imago mali;  
 Utque suum sepelit: rediit sed ab æquore multa  
 Merce potens sospes sospite nave Dion.  
 Quam varis sortes! matri spem redditur ultra  
 Iste suæ vivens, ille nec exanimis.

## 229. MARCI ARGENTARIJ.

*Ad lagenam.*

Mensuram cauponis amas, vetus hospita nostra,  
 Ore bono, ridens, gutture longa, loquax,

## 227. BIANORIS.

Litoralem juxta plagam pellucido in mari  
 piscem polypoda vidit piscator:  
 natanti autem irruit et e mari eum jecit in terram  
 raptim, prædæ vinculis præventis.  
 Sed ille projaculatus in-tempore incidit timido  
 lepori citus: in-juncis jacebat enim dormiens.  
 Hunc vero circumfusus totum ligavit, viro autem ad  
 e-gurgite-petitam præda de-terra evenit. [prædam]

## 228. APOLLONIDÆ.

Nuncium audivit inopinatum Melitea,  
 filium cum onere navis fluctu opertum,  
 littoribusque appulsum mari-jactatum corpus alius  
 infelix propriæ signum vidit fortunæ,  
 et ut filium composuit. Dio vero in navi haud-fracta  
 venit fausta salvus a navigatione.  
 Matribus ut impar sors obtigit! hæc quidem insperatum  
 vivum habet, illa vero videbit ne mortuum quidem.

## 229. MARCI ARGENTARIJ.

Vetus commensalis, cauponias mensuras amans,  
 bene-garrula, lene-ridens, pulchro-ore, larynge-longo,  
 usque meæ paupertatis pauca-conferens conscia lagena,  
 venisti tamen sub meam manum tandem sera.  
 Utinam integra et non-mixta et innupta adesses,  
 incorrupta velut puella ad virum veniens.

## 230. ONESTÆ.

Ascendens Heliconem magnum laborasti, at saturatus-es  
 Pegasii fontis nectareis laticibus:  
 ita et doctrinæ labor arduus: si vero ad summum  
 terminum perveneris, hauries Pieridum gratias

## 231. ANTIPATRI SIDONIJ.

Aridam me platanum ambiens tegit  
 vitis: aliena vero floreo coma,  
 quæ olim meis germinantibus innutrivî ramis

Mystica, pauperiem solari fida lagena,  
 Post mihi tu longo tempore grata redis.  
 Pura mihi venias atque incorrupta, puellæ  
 More, datur cupido quæ nova nupta viro.

## 230. ONESTÆ.

Scendenti gravis est Helicon labor: inde sed haustu  
 Nectareo sedat Pegasis unda sitim.  
 Ardua sic quamvis res est sapientia, culmen  
 Qui tenet, Aonidum dulcia dona bibet.

## 231. ANTIPATRI SIDONIJ.

Arida sum platanus quam circum palmite vitis  
 Plectitur, et, quæ non est mea, fronde tector:  
 Quæ prius umbravi ramis viridantibus uvas,

- βότρυας, ἢ ταύτης οὐκ ἀπετηλοτέρη.  
 5 Τρίην μέντοι ἔπειτα τιθηνείσθω τις ἑταίρην,  
 ἥτις ἀμείψασθαι καὶ νέκυν οἶδε μόνη.

## 232. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἀδριακοῖο κύτους λαίμωδ' τὸ πάλαι μελίγηρυς,  
 ἥνικ' ἐγαστροφόρου Βαχχιακὰς χάριτας,  
 νῦν κλασθεὶς κείμαι νεοθηλεῖ καρτερόν ἔρκος  
 κλήματι, πρὸς τρυφερὴν τεινομένω καλύβην.  
 Αἰεὶ τοι Βρομίῳ λατρεύομεν· ἢ γεράν γάρ  
 φρουροῦμεν πιστῶς, ἢ νέον ἐκτρέφομεν.

## 233. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Ἄντα τοι ἐκτάμνοντι γεράνδρνα, κάμμορε Μίνδων,  
 φωλὰς ἀραχναίη σκαλὸν ἔτυψε πόδα,  
 νεῖσθεν ἀντίασασα· χυδὴν δ' ἔδρυζε μελαίνῃ  
 σηπεδόν' ἡλωρὴν σάρκα κατ' ἀστραγάλους.  
 Ἐτμήθη δ' ἀπὸ τῆς στιβαρὸν γόνυ, καὶ σὲ κομίζει  
 μουνόποδα βλωθρῆς σκηπάνιον κοτίνου.

## 234. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ἄχρι τεῦ, ᾧ δαίλαιε, κεναῖσιν ἐπ' ἐλπίσι, θυμέ,  
 πωτηθεὶς ψυχρῶν ἀσοσάτω νεφείων,  
 ἄλλοις ἄλλ' ἐπ' ὄνειρα διαγράφεις ἀφένιοι;  
 κτητὸν γὰρ θνητοῖς οὐδὲ ἐν αὐτόματον.  
 Μουσέων ἄλλ' ἐπὶ δῶρα μετέρχεο· ταῦτα δ' ἀμυδρὰ  
 εἰδῶλα ψυχῆς ἡλεμάτοισι μέθες.

## 235. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄγχουροι μεγάλοι κόσμου χθόνες, ἃς διὰ Νεῖλος  
 πιμπλάμενος μελάνων τέμνει ἀπ' Αἰθιοπίων,  
 ἀμφοτέροι βασιλῆας ἐκοινοῦσασθε γάμοισιν,  
 ἐν γένος Αἰγύπτου καὶ Λιβύης θέμεναι.  
 Ἐκ πατέρων εἴη παισὶν πάλι τοῖσιν ἀνάκτων  
 ἔμπεδον ἡπείροις σκῆπτρον ἐπ' ἀμφοτέραις.

## 236. ΒΑΣΣΟΥ ΛΟΛΛΙΟΥ.

Ἀρβήκτοι Μοιρῶν πυμάτην ἐσφράγισαν ὄρκοι

Nec minus hac ipsa vite comata sui.  
 Hoc quis ab exemplo talem sibi querat amicam,  
 Quæ sit et exstincto reddere fida vicem.

## 232. PHILIPPI.

Vas prius Adriacum fuerat, cum dulce sonanti  
 Guttur, quod Bromii gaudia ventre tuli,  
 Fractum sustineo diffusam palmit vitem,  
 Scandit ubi nitidæ culmina læta casæ.  
 Evie, sic omni famulor tibi tempore. Servo  
 Cum vetus es : vires præbeo, cum novus es.

## 233. ERYCII.

E veteri dum ligna secas miser arbore Midon,  
 Imitus insidias fecit araneola.  
 Hinc cruris lævi de vulnere pascitur artus

racemos, illa non paucioribus ornata foliis.  
 Talem vero deinceps foveat aliquis amicam,  
 quæ pensare beneficium et mortuo novit sola.

## 232. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Adriaci vasis collum olim melleum sonans,  
 quando in-ventre ferebam Bacchi munera,  
 nunc fractum jaceo recens-germinanti firmum præsidium  
 viti, ad mollem se-pendenti pergulam.  
 Semper igitur Baccho servimus : aut grandævum enim  
 custodimus fideliter, aut juvenem nutrimus.

## 233. ERYCII.

Arida tibi secanti vetera arbusta, infelix Mindon,  
 insidians in-antro aranea lævum punxit pedem,  
 ex-imo occurrens : effuseque momordit nigra  
 putredine viridem suctam carnem circa talos.  
 Amputatum est autem ab eo-loco validum genu, et te sus-  
 jam unipedem ex-excelso baculus oleastro. [tinet

## 234. CRINAGORÆ.

Quousque, heu miser anime, vana in spe  
 volatu-elatus frigidæ proxime nubes,  
 alia post alia somnia effinges divitiarum?  
 possessio enim mortalibus non ulla fortuito venit.  
 Musarum vero ad dona diverte; has autem obscuras  
 imagines mentis hominibus-insanis permitte.

## 235. EUSUDFM.

Finitimæ magnæ mundi terræ, quas Nilus  
 aquis-plenus nigris absceidit ab Æthiopicis,  
 ambæ reges inter-vos-communicastis nuptiis,  
 unam gentem Ægypti ac Libyæ efficientes.  
 E patribus sit rursus filiis hisce principum  
 firmum continenti sceptrum super utraque.

## 236. BASSI LOLLII.

Infracta Parcarum supremam obsignarunt jura-juranda

Corporis, hoc talos qua tegit, atra lues.  
 Præcisum juvenile genu quoque : pes super unus,  
 Sed frondosa novum præstat oliva pedem.

## 234. CRINAGORÆ.

Quo precor usque citis, quas spes tibi subjicit, alis  
 O anime ad cæli nubila summa volas,  
 Divitiasque tibi semper, nova somnia, pingis?  
 Parce; parant homines absque labore nihil.  
 Pieridum placeant tibi munera; qui velit, amens  
 Obscuris animum pascit imaginibus.

## 236. BASSI LOLLII.

Parcarum jurata fides edixerat, atra

τῷ Φρυγί πὰρ βωμῷ τὴν Πριάμου θυσίην.  
Ἄλλὰ σοί, Αἰνεία, στολὸς ἱερὸς Ἰταλὸν ἥδη  
θρῶν ἔχει, πάτρης φροῖμιον οὐρανίης.  
Ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἢ γὰρ ἐν ὅπλοις  
ἡγέρθη κόσμου παντὸς ἀνασσα πόλις.

## 237. EPIKIOY.

α. Βουκόλε, πρὸς τῷ Πανός, ὁ φήγινος, εἰπέ, κολοσσὸς  
οὗτος, ὅτῳ σπένδεις τὸ γλάγος, ἔστι τίνος;  
β. Τῷ λεοντοπάλα Τίρυνθίῳ. Οὐ δὲ τὰ τόξα,  
νήπιοι, καὶ σκυτάλην ἀγριελαίων ὀρέγεις;  
Χαίροις Ἀλκείδα δαμαληφάγε, καὶ τάδε φρούρει  
αὐλικα, καὶ ὀλίγων μυριόδοια τίθει.

## 238. ANTIPATROY.

Βούπαις ὠπόλλων τόδε χάλεον ἔργον Ὀνατῆ,  
ἀγλαΐης Λητοῖ καὶ Διὶ μαρτυρίη,  
οὐδ' ὅτι τῆσδε μάτην Ζεὺς ἤρατο, χῶτι κατ' αἶνον  
ῥήματα καὶ κεφαλὴν ἀγλαὸς ὁ Κρονίδης.  
Οὐδ' Ἥρῃ νεμεσητὸν ἐχέυατο χαλκὸν Ὀνατῆς,  
ὃν μετ' Ἐλεϊθιῆς τοῖον ἀπεπλάσατο.

## 239. KRINAGORÆ.

Βίβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε  
πεντὰς ἐμμητῶν ἔργα φέρει Χαρίτων  
(Ἀνακρείοντος, ἃς ὁ Τῆσις ὁ ἡδὺς πρέσβυς  
ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις).  
δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίης ἤκομεν ἡμῶν,  
κάλλειος καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένη.

## 240. PHILIPPOY.

Βαῖον ἀποπλανήν λιπομήτορα παῖδα Καλύπτρης  
κρίδος ἐλιόκερως θείναι ὁρασυνόμενος.  
Κάπρος δ' Ἡράκλειος ἀπορρήξας ἀπὸ δεσμῶν,  
ἐς νηδὺν κριοῦ πᾶσαν ἔθαψε γένυν·  
ζῶν νηπιᾶχ' ὁ ἐχαρίσσατο. Ἄρ' ἀπὸ Ἡρῆς  
Ἡρακλῆς βρεφίων ὥκτισεν ἡλικίην;

Ut Phrygiæ Priamus victima summa foret.  
Jam pius Æneas, æternæ gentis origo,  
Italia felici littora classe tenet.  
Quam bene, dicamus, cecidisti Troja! resurgit  
Armipotens mundi Troica Roma caput.

## 237. ERYCII.

Dic mihi per Faunum pastor, rogo, fagina cujus  
Hæc grandis statua est, tu cui lacte facis?  
Alcida cui præda leo. Quid stulte, nec arcus,  
Clava nec ex dura te docet ex olea?  
Parce juvenorum nobis epulator et istos  
Quæso favens serva multiplicaque boves.

## 238. ANTIPATRI.

De Apollinis effigie.

Grandescens jam Phœbus Onatæ fictus in ære est :

Phrygiam propter aram Priami immolationem.  
At tibi, Ænea, classis sacra Italum jam  
portum tenet, patriæ procœmium celestis.  
Opportune periit turris Trojana : sane enim in armis  
suscitata-est mundi totius regina urbs.

## 237. ERYCII.

α. Bubulce, per Pana, fagineus, dic, colossus  
hicce, cui libas lac, est cujus?  
β. Cum-leone-luctati Tirynthii. Non tu jacula,  
inepte, et clavam ex-oleastro vides?  
Salve Alcida bucularum-esor, atque hæc custodi  
stabula, et ex tenuibus mille-referta-bobus facito.

## 238. ANTIPATRI.

Pubescens-puer Apollo hoc æreum opus est Onatæ,  
pulchritudinis Latonæ et Jovi testimonium,  
quod neque hanc temere Juppiter deperiit, et quod ipse  
oculos et caput formosus est Saturnius. [quoque  
Neque Junoni invisum fudit æs Onatas,  
quod ope Ilithyæ tale effinxit.

## 239. CRINAGORÆ.

Librorum dulcis lyricorum in codice hocce  
numerus-quinarius inimitabilem opera fert Gratiarum  
[Anacreontis, quas Teius suavis senex  
scripsit aut ad vinum, aut cum Amoribus].  
Munus autem in sacram Antonis venimus auroram (ditem)  
formæ et mentis summum adeptæ.

## 240. PHILIPPI.

Parvum errantem relicta-matre puerum Calyptræ  
aries volutis-ut-spiræ-cornibus petebat ferociens.  
Aper vero Hercules erumpens e vinculis  
in ventrem arietis omnem tinxit genam,  
et vitam infanti gratificatus-est. An inde-a Junone  
Hercules infantium misertus-est teneram-ætatem?

Latonæ patet hoc teste Jovisque decor.  
Juppiter hanc igitur merito dilexit : et ipse  
Par famæ est, oculus pulcher et omne caput.  
Nec tamen est, Juno cur irascatur Onatæ :  
Ilithyia comes nam stat, Apollo, tibi.

## 240. PHILIPPI.

Errantem puerum procul a genetrice petebat  
Corniger, adversa fronte, maritus ovis.  
Vincula sed modo jam qui ruperat Hercules sus,  
Lanigeri sævo viscera dente petit.  
Sic puer evasit : memor an Junonis iniquæ  
Ætati teneræ fert Jove natus opem?

## 241. ANTIPATROΥ.

Βουκόλος ἔπλεο, Φοῖβε, Ποσειδάων δὲ καθάλλης,  
κύκνος Ζεὺς, Ἄμμων δ' ὠμφοδότος ὄφις,  
χοῖ μὲν ἐπ' ἡϊθέας, οὐ δὲ παιδικός, ὅφρα λάθοιτε·  
ἔστε γὰρ οὐ πειθοῦς εὐνέται, ἀλλὰ βίης.  
Εὐαγόρας δ' ὦν χαλκὸς ἄτερ δόλου αὐτὸς ἐναργής  
πάντας καὶ πάσας, οὐ μεταβαλλόμενος.

## 242. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Γλαῦκος δ' νησαῖοιο διαπλώουσιν ὁδηγὸς  
πορθμοῦ, καὶ Θασίων ἐντροπος αἰγιαλῶν,  
πόντου ἀροτρευτὴρ ἐπιδέξιος, οὐδ', ὅτ' ἐκνωσεν,  
πλαζομένη στρωφῶν πηδάλιον παλάμη,  
μυριέτης, ἄλιον βίου ῥάκος, οὐδ', ὅτ' ἐμελλεν  
θνήσκειν, ἐκτὸς ἔβη γηραλέης σανίδος·  
τοὶ δὲ κέλυφος ἔκαυσαν ἐπ' ἀνέρι, τόφρ' ὁ γεραίὸς  
πλώσῃ ἐπ' οἰκείῃς εἰς αἰὶον ἀνάτου.

## 243. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἰψήθησαν περὶ παιδὸς Ἀριστίπποιο τοκῆς,  
καὶ κλαῦσαν· μοίρης δ' ἤμαρ ἐν ἀμφοτέρῃς.  
Εὔτε γὰρ αἰθόμενον δόμον ἐκφυγεν, ἰθὺ κεραυνοῦ  
Ζεὺς κατὰ οἱ κεφαλῆς ἄσπετον ἤκε σέλας.  
Τοῦτο δ' ἔπος τότε ἔλεξαν ὅσοι νέκυν ὠδύροντο·  
« ὦ πυρὶ δαιμονίῳ, τλῆμον ὀφειλόμενε ».

## 244. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δειματόεις ἐλάφων κερατὸς λόχος, εὔτε κρυώδεις  
πλῆσαν ὀρῶν κορυφὰς χιόνεαι νιφάδες,  
οὐλαῖαι ποταμοῖσιν ἐφώρμισαν, ἑλπίδι φροῦδοι  
χλιῆναι νοτεροῖς ἀσθμασιν ὠκὺ γόνυ.  
Τὰς δὲ περιφράζας ἐχθρὸς ῥόος ἀθρόον ἄφνω  
χειμερίῃ στυγεροῦ δῆσε πάγοιο πέδη.  
Πληθὺς δ' ἀγροτέρων ἀλλίνου θοινήσατο θήρης,  
ἣ φύγεν ἀρπεδόνην πολλὰκι καὶ σταλῖκα.

## 241. ANTIPATRI.

Pastor eras Pæan : serpens Ammona, Jovemque  
Cygnum, aquæ regem dissimulabat equus.  
Illos femineus, pueri te ceperat ignis :  
Vi, non blanditiis vester agebat amor.  
Pulcher at Evagoras, formam non versus in ullam,  
Et procul insidiis, urit utrumque secus.

## 242. ANTIPHILI, BYZANTII.

Per Nessæa diu ductor freta Glaucus euntum,  
Cui nutrix Thasii littoris alga fuit,  
Doctus arator aquæ, nec habet dum lumina somnus,  
Flexit aberranti frena marina manu :  
Quem per secla decem trivit mare, tam vetus ævi  
Noluit e vetula tollere puppe pedem.  
Di bene, qui clausere virum cum cortice, ut ipsum  
Ad manes veheret non aliena ratis.

## 241. ANTIPATRI.

Bubulcus fuisti, Phœbe, Neptunusque caballus, [gus,  
cycnus fuit Jupiter, Ammonque ille celeberrimus, an-  
(et hi quidem in puellas, tu vero pæderasta), ut lateretis :  
estis enim non ex-persuasione sed vi concumbentes.  
Evagoras vero ut est æs sine dolo ipse manifestus  
cunctos et cunctas comprimit, non transformatus.

## 242. ANTIPHILI BYZANTII.

Glaucus insulare navigantibus dux  
fretum, et Thasiorum incola littorum,  
ponti arator sollers, ne tum quidem quum stertebat,  
erranti versans clavum palma, [quum erat  
annosissimus, maritimæ vitæ panniculus, ne tum quidem  
moriturus, egressus est vetusto e tabulato ;  
illi (sodales) autem tegmen usserunt in viro, ut senex  
veheretur in propria ad orcum scapha.

## 243. APOLLONIDÆ.

Et gavisī sunt de puero suo Aristippo parentes,  
et flevērunt : sortis autem fuit dies una utriusque.  
Ubi enim ardentem domum effugerat, recta fulminis  
Juppiter ejus in caput rapidum misit juhar. [luerunt :  
Hoc autem verbum tunc dixerunt quotquot mortuum do-  
« O igni fatali miser debite ! »

## 244. EJUSDEM.

Timida cervorum cornuta caterva, quum gelati  
oppleverunt montium vertices nivei nimbi,  
infelices ad-fluvios se-proripuerunt, ea spe properantes  
fore ut-tepefiat humidis auris citum genu.  
Has autem circumvallans inimicum flumen confestim  
hiberna sævæ impedit vitæ glaciæ compede. [prædam,  
Multitudo autem agrestium non-lino-captam cœnavit  
quæ fugerat rete sæpenumero et furculas.

## 243. APOLLONIDÆ.

Propter Aristippum vidit lætosque parentes  
Mærentesque iterum (quis putet ?) una dies.  
Exierat tectis ardentibus : injicit illi  
Juppiter in medium fulmina torta caput.  
Exanimem tristes sic affabantur amici :  
Heu superum telis debite care puer.

## 244. EJUSDEM.

Cornigeri pavidum cervi genus, obruta montes  
Abscondunt gelida dum juga summa nive,  
Spe subeunte petunt fluvios, velocia crura  
Mitior ut surgens aura tepefaceret.  
Strictus at in glaciem miseros circumstetit amnis,  
Et tenuit captos frigida testa pedes.  
Quæ varas toties, quæ retia fugerat, ecce  
Venit in agrestes præda parata manus.

## 245. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Δυσμοίρων θαλάμων ἐπὶ παστάσιν οὐχ Ὑμέναιος,  
ἀλλ' Ἀΐδης ἔσθ' ἐκ πικρογάμου Πετάλης.  
Δείματι γὰρ μούνην πρωτόζυγα Κύπριν ἄν' ὄρφνην  
φεύγουσαν, ξυνὸν παρθενικαῖσι φόβον,  
φρουροδόμοι νηλεῖς κύνες ἔκτανον· ἦν δὲ γυναῖκα  
ἐλπίς ἰδεῖν, ἄφρων ἔσχομεν οὐδὲ νέκυαν.

## 246. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἐθραύσθης, ἡδεῖα παρ' οἰνοπόταισι λάγυνε,  
νηδύς ἐκ πάσης χευαμένη Βρόμιον.  
Τηλόθ' γὰρ λίθος εἰς σε βαρύστονος, οἷα κεραυνός,  
οὐ Διὸς ἐκ χειρῶν, ἀλλὰ Δίωνος ἔσθ'.  
Ἦν δὲ γέλως ἐπὶ σοὶ καὶ σκώμματα πυκνὰ, τυπείσης,  
καὶ πολὺς ἐξ ἐτάρων γινόμενος θόρυβος.  
Οὐ θρηνῶ σε, λάγυνε, τὸν εὐαστήρα τεκοῦσαν  
Βάχχον, ἐπεὶ Σαμέλη καὶ σὺ πεπνύθ' ἴσα.

## 247. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εὐθηλῇ πλατάνον με Νότου βαρυλαλαπες αὔραι  
ρίζης ἐξ αὐτῆς ἐστόρεσαν δαπέδοις·  
λουσαμένη Βρομίῳ δ' ἔσθ' ἐν πάλιν, ὄμβρον ἔχουσα  
χείματι καὶ θάλλει τοῦ Διὸς ἡδύτερον.  
Ὀλλυμένη δ' ἔλθ' ἡ μόνη δὲ πιῶσα Λυαῖον,  
ἄλλων κλινομένων, ὀρθοτέρῃ βλέπομαι.

## 248. ΒΟΗΘΟΥ ΤΟΥ ΕΛΕΓΕΙΟΓΡΑΦΟΥ.

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὀλυμπον,  
χωμάζων Ἀθήναις σὺν ποτε καὶ Σατύροις,  
οἷον ὁ τεχνῆεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον,  
ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,  
πυρσασμένη ζήλου Διὸς ἄν φάτο σύγγραμμα Ἦρῃ·  
« Ἐφύσω, Σαμέλη, Βάχχον· ἐγὼ δ' ἔταχον ».

## 249. ΜΑΚΚΙΟΥ.

Εὐπέταλον γλαυκὰν ἀναδενδράδα τάνδε παρ' ἄκραις

## 245. ANTIPHANIS.

Infavorum thalamorum ad torum non Hymenæus,  
sed Pluto adstitit amare-nuptæ Petales.  
Præ-timore enim sola quum primam Venerem per noctem  
fugeret, communem virginibus metum, [vero uxorem  
eam domus-custodes immites canes occiderunt : quam  
sperabamus videre, illico habuimus nemortuam quidem.

## 246. MARCI ARGENTARIJ.

Vi-fracta-es, dulcis apud vini-potiores lagena,  
ventre ex toto quæ-effudisti Liberum.  
Procul enim lapis in te grave-sonans, tanquam fulmen,  
non Jovis e manibus, sed Dionis ingruit.  
Erat autem risus de te et cavillationes crebræ, postquam-  
et multus a sodalibus excitus tumultus. [es-percussa,  
Non defleo te, lagena, quæ evantem peperisti  
Bacchum, quum Semele et tu passæ-sitis paria.

## 247. PHILIPPI.

Florentem platanum me Noti gravi-flatu-ingruentes aura  
radice ex ipsa straverunt solo;  
lavata sed Libero steti rursus, imbrem habens  
hieme et æstate Jovis imbre dulciorem.  
Moriens autem vixi; et sola, postquam-bibi Lyæum,  
aliis decumbentibus, rector stare cernor.

## 248. BOETHI ELEGORUM SCRIPTORIS.

Si talis Bacchus in sacrum venisset Olympum,  
comissans cum Lenis (bacchabus) quondam et Satyris,  
qualem sollers Pylades saltavit illum,  
rectos juxta tragicorum canones vatium,  
desinens zelotypiæ Jovis dixisset conjux Juno :  
« Mentita-es, o Semele, Bacchum filium : ego genui. »

## 249. MACCII.

Pulchris-folliis cæsiæ vitem hanc ad summos

## 245. ANTIPHANIS.

In thalamis Petalæ nimis infelicibus auspex  
Ipse, reor, Pluto, non Hymenæus erat :  
Nam dum multa pavens cupidos frustratur amores  
Conjugis, et Venerem sola puella fugit,  
Nocte canum præda est. Mulier sperata videri,  
Ecce nec exanimis conspicienda datur.

## 246. MARCI ARGENTARIJ.

Rumperis in lusu juvenum bene ficta lagena,  
Erius et rupto prosiluit ex utero.  
Nam tibi ceu fulmen violento pondere saxum  
Non Jovis impegit dextera, sed Jovii.  
Acciderat : sequitur casum risusque jocusque,  
Multaque festivi dicta sodalitiis.  
Non ego Lenæi genitrix te plango lagena :  
Nec decet : evenit nam tibi quod Semele.

ΣΠΙΛΟΓΙΑ. II.

## 247. PHILIPPI.

Frondeferam platanum me de radice revulsam  
Straverat insani vis truculenta Noti :  
Lota resurrexi Bromio : mihi scilicet æstu  
Imber is et bruma gratior imbre Jovis.  
Sic mihi vita redux : aliorum corpora flectit  
Evius ; at nostrum rectius esse dedit.

## 248. BOETHI.

Si talis superum Liber venisset in aulam  
Saltans cum Satyrum Bassaridumque choro,  
Qualem Romuleo Pylades spectare theatro  
Melpomenes sectans scita modosque dedit,  
Diceret abjectis odiis regina Deorum :  
Mentiris, meus hic filius est, Semele.

## 249. MACCII.

Hos ego cærulea frondentes vite racemos

ἰδρυθεὶς λοφιαῖς Πάν δδ' ἐπισκοπέω.  
 Εἰ δέ σε πορφυρόντος ἔχει πόθος, ὦ παροῖτα,  
 βότρυος, οὐ φθονέω γαστρὶ χαριζομένῳ·  
 ἦν δέ χερὶ ψαύσης κλοπῇ μόνον, αὐτίκα δέξῃ  
 δζαλέην βάκτρον τήνδε καρθηβαρίην.

## 250. ONESTOY.

Ἔσθην ἐν φόρμιγγι, κατηρεῖσθην δὲ σὺν αὐλῷ  
 Θήβη· φεῦ Μούσης ἐμπαλιν ἁρμονίης·  
 κωφὰ δέ μοι κεῖται λυροθελέα λείψανα πύργων,  
 πέτροι μουσοδόμοις τείχεσιν αὐτόμολοι,  
 σῆς χερὸς, Ἀμφίων, ἀπονος χάρις· ἐπτάπυλον γάρ  
 πάτρην ἐπαμίτω τείχισας ἐν κιθάρῃ.

## 251. ΕΥΗΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἐχθίστη Μούσαις σελιδηφάγε, λωδήτειρα  
 φωλάς, αἰεὶ σοφίης σκέμματα φερομένη,  
 τίπτει, χελαινόχρους, ἱεραῖς ψήφοισι λογάζῃ,  
 σίλφῃ, τὴν φθονερὴν εἰκόνα πλαττομένη;  
 Φεῦγ' ἀπὸ Μουσάων, ἴθι τηλόσε, μὴδ' ὅσον ὤφει  
 βάσκανον ἐν ψήφῳ δόξαν ἐπισταγῆς.

## 252. ΑΛΕΞΗΤΟΝ.

Ἔς βαθὺν ἤλατο Νεῖλον ἀπ' ὀφρύος ὀξὺς ὀδίτης,  
 ἤνικα λαιμάργων εἶδε λύκων ἀγέλην.  
 Ἄλλὰ μιν ἀγρεύσαντο δι' ὕδατος ἔβρυχε δ' ἄλλος  
 ἄλλον, ἐπουραῖω δῆγματι δραξάμενος.  
 Μακρὰ γεφυρώθη δὲ λύκοις βυθός, ἔφθανε δ' ἄνδρα  
 νηγομένων θηρῶν αὐτοδίδακτος ἄρης.

## 253. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἐν Θήβαις Κάδμου κλεινὸς γάμος, ἀλλὰ μυσσυχθὲς  
 Οἰδίποδος· τελετὰς Εὐῖος ἠσπάσατο,  
 ἀς γελάσας Πενθεὺς ὠδύρατο· τείχεα χορδαῖς  
 ἔστη, καὶ λωτοῖς ἔστεινε λυόμενα·  
 Ἀντιόπης δσίη, χαλεπὴ δ' ὠδὶς Ἰοκάστης·  
 ἦν Ἰνὸ φιλόπαις, ἀλλ' ἀσεβὲς Ἀθάμας.  
 Οἰκτρὸν αἰεὶ πτολίεθρον· ἴδ' ὡς ἐσθλῶν περὶ Θήβας  
 μύθων καὶ στυγνῶν ἤρχεσεν ἱστορίη.

In summo collis vertice Pan tueor.  
 Purpureas si vis uvas gustare, viator,  
 Non tibi quod ventri sit satis invideo.  
 At si fure manu properes vel tangere tantum,  
 Hoc faciam doleat jam tibi fuste caput.

## 250. ONESTÆ CORINTHI.

A cithara structos evertit tibia muros,  
 Hei mihi quam discors huic sonus ille fuit!  
 Surda lyra motæ monstrant vestigia turres,  
 Doctaque sponte sua surgere saxa jacent.  
 Est levis, Amphion, tibi debita gratia : turres  
 Septenas totidem constituere fides.

## 252. [ΒΙΑΝΟΚΙΣ.]

Aggere de Nili quidam se jecit in amnem,

positus clivos Pan ego custodio.

Si vero te purpureæ habet cupido, o viator,  
 uvæ, non invideo ventri si-morem-geris;  
 sed si manu tetigeris furtiva tantummodo, illico accipies  
 nodosum baculi hocce capitis-pondus.

## 250. ONESTÆ.

Erecta-sum per citharam, eversa vero cum tibiis  
 Thebe : heu ! Musam adversam harmoniæ !  
 Surda vero mihi jacent testudine-allecta rudera turrium,  
 lapides ad muros a-Musis-condendos sponte-accurrentes,  
 tuæ manus, Amphion, sine-labore gratia : septem-portis  
 patriam septem-chordas-habente fundasti cithara.[enim

## 251. EVENI GRAMMATIOL.

Infestissima Musis paginarum-edax, pessumdatrix  
 insidians, usque doctrinæ explorata depascens,  
 quid, pullata-colore, sacris effatis insidiare,  
 blatta, invidam (invidiæ) imaginem effingens?  
 Apage a Musis, abi procul, neu vel mero adaspectu tuo  
 invidam laudatis (?) famam inducas.

## 252. ANONYMI.

In profundum prosiluit Nilum a crepidine citus viator,  
 quum voracium vidit luporum agmen.  
 Sed cum venati-sunt per aquam; momorditque alius  
 alium, caudali morsu corripuens. [antevertit virum  
 Longe sternebatur autem tanquam-ponte lupis gurgis; et  
 natantium belluarum ipsa-natura-doctus mars.

## 253. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

In urbe Thebis Cadmi celebres nuptiæ, sed impuræ  
 Œdipi : orgia Evius dilexit,  
 quæ irrisit Pentheus et doluit : mœnia chordarum-ope  
 steterunt, et tibiis gemuerunt soluta :  
 Antiopes pius, gravis vero partus Iocastæ;  
 erat Ino puerorum-amara, sed impius Athamas.  
 Miserabilis semper urbs ! En quomodo bonarum de Thebis  
 fabularum et tristium satis-habuit historia.

In se confertos dum videt ire lupos :  
 Instant heic etiam misero, caudaque priorum  
 Quisque sequens fixo dente feruntur aquis,  
 Interimuntque virum. Doctrix natura natantes  
 Ordināt, et pontem sternit in amne, feras.

## 253. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Clarus in Aonia Cadmi torus urbe, nefandus  
 Œdipodis : Bromius mystica sacra dedit;  
 Risit et indoluit Pentheus; sunt mœnia chordis  
 Excita, sed loti procubuere sono.  
 Antiopes felix uterus, miser est Iocastæ :  
 Ino fida suis, impius est Athamas.  
 O semper Thebæ fati pila, cujus abundant  
 Lætis et pariter tristibus historiæ.

## 254. ΤΟΥ ΑΓΓΟΥ.

Ἡ πυρὶ πάντα τεκοῦσα Φιλαίνιον, ἡ βαρὺ πένθος  
μήτηρ, ἡ τέκνων τρισσὸν ἰδοῦσα τάφον,  
ἄλλοτρίαις ὥδισιν ἐφώρμισα· ἥ γὰρ ἐώλπειν  
πάντως μοι ζήσσειν τοῦτον δν οὐκ ἔτεκον.  
Ἡ δ' εὐπαις θετὸν υἱὸν ἀνήγαγον· ἀλλὰ με δαίμων  
ἤθελε μηδ' ἄλλης μητρός ἔχειν χάριτα.  
Κληθεὶς ἡμέτερος γὰρ ἀπέφθιτο· νῦν δὲ τεκούσας  
ἤδη καὶ λοιπαῖς πένθος ἐγὼ γέγονα.

## 255. ΤΟΥ ΑΓΓΟΥ.

Ἡρίθμει πολλὴν ὄλβον Ἀριστείδης ὁ πενιχρὸς  
τὴν δὴν ὡς ποίμνην, τὴν βόα δ' ὡς ἀγέλην·  
ἡμῶτε δ' ἀμφοτέρων· ἀμνὴν λύκος, ἔκτανε δ' ὥδις  
τὴν δάμαλιν, πενίης δ' ὤλετο βουκόλιον·  
προδότην δ' ὁ γ' ἱμάντι κατ' αὐχένος ἄμμα πεδήσας,  
οἰκτρὸς ἀμυκῆτι κατόθανε παρ' καλύβη.

## 256. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Ἡμισὺ μευ ζῶειν ἰδοῦκον ἔτι, καίνο δ' ἔφυσεν  
ἐν μόνον αἰπυτάτου μῆλον ἐπ' ἀκρέμονος·  
ἡ δὲ κύων δένδρων καρποφόρος, ἡ πιλόνοτος  
· κάμπη, καὶ τὸ μόνον βάσκανος ἐξέφαγεν.  
Ὁ Φθόνος εἰς πολλὴν ὄγκον ἀπέθλεπεν· ὅς δὲ τὰ μικρὰ  
πορθεῖ, καὶ τούτου χεῖρονα δεῖ με λέγειν.

## 257. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἡ Καθαρή (Νύμφαι γὰρ ἐπώνυμον ἔζοχον ἄλλων  
κρήνη πασάν δῶκαν ἔμοι λιθάδων),  
ληϊστής στε μοι παρακλίντορας ἔκτανεν ἄνδρας,  
καὶ φονίην ἱερῶς ὕδασι λούσει χεῖρα,  
καίνο ἀναστρέψασα γλυκὺν ῥόον, οὐκ ἐθ' ὀδίταις  
βλύζω· τίς γὰρ ἐρεῖ τὴν Καθαρὴν ἔτι με;

## 258. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Ἡ πάρος εὐδύροισι λιθαζομένη προχοαῖσι,  
πτωχῇ νῦν νυμφῶν μέγρι καὶ εἰς σταγόνα·

## 254. EJUSDEM.

Quæ flammæ cuncta peperit Philænium, quæ gravem  
mater, quæ puerorum ternum vidi sepulcrum, [luctum  
in-alienis partibus acquievi : sane enim speraveram  
fore ut omnino mihi viveret hic quem non pepereram.  
Ego tot-liberorum-mater subditum educabam. Sed me  
voluit ne alius quidem matris habere donum. [dæmon  
Vocatus enim noster periiit. Nunc vero matribus  
jam et reliquis luctus ego facta-sum.

## 255. EJUSDEM.

Numerabat ut magnas divitias Aristides egenus  
ovem ut gregem, vaccam vero ut armentum.  
Sed excidit utroque : agnam lupus, interemit partus  
buculam, et paupertatis periiit armentum :  
peram-ligante autem loro cervici laqueum alligans,  
miserabilis experti-mugitibus obiit in tugurio.

## 256. ANTIPHANIS.

Dimidium mei vivere putabam adhuc, illud autem protulit  
unum modo excelsissimo malum in ramulo.  
Canis autem arboreorum fructuum-corruptrix, aligera-in-  
eruca, vel unicum malevola comedit. [dorso,  
Invidia in multam copiam oculis-conjiciebat : qui vero parva  
diripit, de hoc quam de-illa pejora oportet me dicere.

## 257. APOLLONIDÆ.

Fons Purus (Nymphæ enim cognomen excellens præ-a iis  
cunctis fonti dederunt mihi laticibus),  
latro quum ad-me decumbentes occiderat viros,  
et cruentam sacris aquis laverat manum,  
illum retro-vertens dulcem fluctum, non jam viatoribus  
scaturrio : quis enim dicet Purum deinceps me?

## 258. ANTIPHANIS MEGALOPOLITÆ.

Quæ prius aqua-abundantibus effundebat fluentis,  
egena nunc sum nymphis, vel usque ad guttam :

## 254. EJUSDEM.

Postquam pignora terna, Philænion, omnia flammis  
Progenui, triplici funere mæsta parens,  
Alterius soboli post incubo, quippe putabam  
Victuram, cujus non ego mater eram.  
Adseivi fecunda genus mihi; sed neque partu  
Sivit adoptivo me fera Parca frui.  
Interit ut dictus meus est puer. Hei mihi! luctum  
Nunc aliis etiam matribus ipsa fero.

## 255. PHILIPPI.

Pauper Aristides, sed erat se judice dives,  
Armentum dum bos, grex ovis una fuit.  
Excidit hoc etiam grege paupere; namque juvencam  
Partus, ovem necuit dente rapace lupus.

Infelix laqueum peræ sibi vincula fecit,  
Dum sine balatu nescit ovile pati.

## 257. APOLLONIDÆ,

De fonte dicto Puro.

Fons ego Purus eram (proprium dederatis habere,  
Nymphæ, præ cunctis hoc mihi nomen aquis),  
At postquam scelerata meis se lavit in undis,  
Cæde viatorum sanguinolenta, manus,  
Suppressi latices, nec prætereuntibus ultra  
Jam fluo. Purus enim quo, rogo, jure vocer?

## 258. ANTIPHANIS MEGALOPOLITANÆ,

de fonte.

Qui prius irriguis manabam lucidus undis,  
Nunc egeo, restat gutta nec una mihi :

λυθρώδεις γὰρ ἐμοῖσιν ἐνίψατο νάμασι χεῖρας  
 ἀνδροφόνος, κηλὶδ' ὕδασιν ἐγχεράσας·  
 6 ἐξ οὗ μοι κοῦραι φύγον ἥλιον, « Εἰς ἓνα Βάκχον »,  
 εἰπόυσαι, « Νύμφαι μισγόμεθ' », οὐκ ἐς Ἄρη ».

## 259. BIANOPOS.

Ἦριπεν ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, ἀλλ' ἐπὶ παιδὶ  
 νηπιᾷχω Ζεφύρου πολλὸν ἐλαφρότερος·  
 φείσατο κουροσύνης καὶ ἐρείπιον. Ὡ μεγάλαυχοι  
 μητέρες, ὠδίνων καὶ λίθος αἰσθάνεται.

## 260. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ἦ τὸ πάλοι Λατὶ πάντων βέλους, οὐκέτι Λατὶς  
 ἀλλ' ἐτέων φανερὴ πᾶσιν ἐγὼ Νέμεσις.  
 Οὐ μὰ Κύπριν (τί δὲ Κύπρις ἐμοί γ' ἔτι, πλὴν ὅσον  
 γινώριμον οὐδ' αὐτῇ Λαίδι Λατὶς ἔτι. [θρικός;])

## 261. ΕΠΙΓΟΝΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἦ πάρος εὐπετάλοισιν ἐν οἰνάνθαις νεάσασα,  
 καὶ τετανῶν βοτρυῶν ῥῆγα κομισσαμένη,  
 νῦν οὕτω γραιοῦμαι. Ἴδ' ὁ χρόνος οἷα ὁαμάζει·  
 καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ρυτίδων.

## 262. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἦρίθμου ποτὲ πάντες Ἀριστοδίκην κλυτόπαιδα  
 ἐξάκις ὠδίνων ἄχθος ἀπωσσαμένην·  
 ἤρισε δ' εἰς αὐτὴν ὕδωρ χθονί· τρεῖς γὰρ ὄλοντο  
 νοῦσῳ, λειπόμενοι δ' ἤμισαν ἐν πελάγει.  
 Αἰεὶ δ' ἡ βαρύδακρυς, ἐπὶ στήλαις μὲν ἀηδῶν,  
 μεμφομένη δὲ βυθοῖς ἀλκυονὶς βλέπεται.

## 263. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἦ γραῦς Εὐβουλὴ, ὅτε οἱ καταθύμιον ἦν τι,  
 Φοίβου τὸν πρὸ ποδῶν μάντιν αἶρε λῆθον,  
 χεῖρσι πεiràζουσα· καὶ ἦν βαρὺς, ἤνικα μὴ τι

Vir reus humani nuper quia sanguinis hic se  
 Abluit, et culpa commaculavit aquas.  
 Clamabant, fugerent solis cum lumina, Nymphæ :  
 Non tibi miscemur, Mars fere, sed Bromio.

## 259. BIANORIS.

Tota domus cecidit subter ludente puella,  
 Et levior Zephyro tanta ruina fuit,  
 Etati teneræ parcens. O gloria matrum,  
 Concedit quorum partibus ipse lapis.

## 260. SECUNDI TARENTINI.

Lais eram communis amor; jam non ego Lais,  
 Sed gravis annorum publica sum Nemesis.  
 Per Venerem, solum per se jurare reliquit  
 Quæ mihi, jam Lais Laida nosse nego.

## 261. EPIGONI THESSALONICENSIS.

Quæ prius in pulchris viridabam læta racemis,

sanie-tinctas enim meis lavit lymphis manus  
 homicida, maculam aquis immiscens. [Baccho,]  
 Exinde mihi puellæ (Nymphæ) fugerunt solem, « Soli  
 dicentes, « Nymphæ miscemur, non Marti. »

## 259. BIANORIS.

Corruit e culmine domus subito, sed super puerum  
 infantem Zephyro multo levior :  
 pepercit pueriliæ vel ruina. O superbia-elatæ  
 matres, affectus-materni etiam lapis sensum-habet

## 260. SECUNDI TARENTINI.

Quæ olim Lais eram in-omnes sagitta, non jam Lais,  
 sed annorum manifesta omnibus ego Nemesis.  
 Non per Cyprin (quid vero Cypris mihi adhuc, nisi modo  
 noscenda ne ipsi quidem Laidi Lais jam. [juramentum?])

## 261. EPIGONI THESSALONICENSIS.

Quæ prius frondentibus in labruscis juvenescebam,  
 et turgentium acinorum uvam tuli,  
 nunc ita senesco. Vide tempus ut domat !  
 etiam botrus senectæ sentit rugas.

## 262. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Reputabant olim omnes Aristodicen inclytam-liberis,  
 sexies quæ partuum onus deposuerat :  
 sed contendit in eam aqua cum terra : tres enim perierunt  
 morbo, reliqui autem occubuerunt in pelago.  
 Usque vero graviter-plorans, ad cippos quidem lusciniæ,  
 accusans autem gurgites halcyon cernitur.

## 263. ANTIPHILI BYZANTII.

Anus Eubule, quum ei cordi erat aliquid,  
 Phœbi ante pedes positum vatem tollebat lapidem,  
 manibus tentans : et erat gravis, quum aliquid non

Frondiferis spargens brachia palmitibus,  
 En ut anus fiam. Quid non tibi cedere cogis,  
 Longa dies ? rugas sentit et uva senex.

## 262. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Visa diu felix tanto grege cincta suorum,  
 Sexque puerperis mater Aristodice,  
 In sua certantes fluctus experta solumque est  
 Pignora : tres terris, tres periæ mari.  
 Heu lacrymosa parens imitatur aedona, cippos  
 Cum videt : at, pelagus cum videt, halcyona.

## 263. ANTIPHILI BYZANTII.

Si quid in Eubules animo dubitatur anili,  
 Vatis Apollinei tunc lapis instar adest.  
 Hunc manibus librat : gravis est, si displicet actus;

ἤθελεν· εἰ δὲ θέλοι, κουφότερος πετάλων.  
 Ἡ Αὐτὴ δὲ πρήσσουσα τό οἱ φίλον, ἦν ποθ' ἀμάρτη,  
 Φοῖβω τὰς ἀνίσους χεῖρας ἐπεγράφετο.

## 264. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ, οἱ δὲ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Θάμνου ποτ' ἄκρου ἀμφὶ πρῶνας ἤμενος  
 τέττιξ πτερῶ, φλέγοντος ἡλίου μέσου,  
 νηδὺν ῥαπίζων, δαίδαλ' αὐτουργῶ μέλει  
 ἡδὺς κατωργάνιζε τῆς ἐρημίας.  
 Κρίτων δ', ὁ πάσης ἰσοεργὸς Πιαλεὺς  
 θήρης, ἀσάρκου νῶτα δονακεύσατο.  
 Τίσιν δ' ἔτισεν· εἰς γὰρ ἡθάδας πάγας  
 σφαλεῖς ἀλᾶται παντὸς ἱμερίων πετροῦ.

## 265. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰοτυπῆς Διὸς ὄρνις ἐτίσατο Κρῆτα φαρέτρης,  
 οὐρανόνθεν τόξω τόξον ἀμυνόμενος·  
 Κεῖνον δ' εὐθὺς ἄκοντι πάλιν [δρομέοντι κατέκτα]  
 ἡέριος, πίπτων δ' ἔκτανεν ὡς ἔθανεν.  
 Μηκέτ' ἐφ' ὑμετέροισι ἀψευδέσι Κρῆτες οἴστοις  
 αὐχεῖσθ'· ὑμνεῖσθω καὶ Διὸς εὐστοχίῃ.

## 266. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἰμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν  
 εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ἐπὶ Γλαφυρῷ·  
 « Μαρσύη, ἐψεύσω τὸν εὐρεμα, τοὺς γὰρ Ἀθήνης  
 « αὐλοὺς ἐκ Φρυγίης οὐτος ἐλγίστατο·  
 « εἰ δὲ σὺ τοιούτοις τότ' ἐνέπνεες, οὐκ ἂν Ὑαγνίς  
 « τῇ ἐπὶ Μαιάνδρῳ κλαῦσε δύσαυλον ἔριν ».

## 267. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚ.

Ἰκαρίην πλώων [πρώην] ἄλα, νηὸς ὀλισθὼν  
 Δᾶμις ὁ Νικαρέτου κάππεσεν εἰς πέλαγος.  
 Πολλὰ πατὴρ δ' ἡρᾶτο πρὸς ἀθανάτους, καὶ ἐς ὕδωρ  
 ρθέγγεθ', ὑπὲρ τέκνου κύματα λισσόμενος.  
 Ὡλετο δ' οἰκτίστως βρυχθεὶς ἀλί· κεῖνο δὲ πατρὸς  
 ἔκλυεν ἀράων οὐδὲ πάλαι πέλαγος.

## 268. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚ.

Κρῆσσα κύων ἐλάφοιο κατ' ἔχνιον ἔδραμε Γοργῶ,

Arboreis levior, si placet, ille comis.  
 Ipsa facit quod vult, et si minus exitus adsit,  
 In culpam manuum subditur ipse deus.

## 265. APOLLONIDÆ.

Creta pharetrigerum sic est Jovis armiger ultus,  
 Vulnere ut accepto vulnus et ipse daret.  
 Occidit occiditque simul; nam lapsus ab alto  
 Ethere sæva retro tela necemque tulit.  
 Ne nimium vestris posthac gens Cressa sagittis  
 Fidite: non minor est dextera certa Jovi.

## 266. ANTIPATRI.

Dulcia multifori modulantem carmina loto,

volebat: si vellet, levior foliis. [nus-cessisset,  
 Ipsa autem agens quod sibi placebat, si quando res mi-  
 Phœbo inæquales manus imputabat.

## 264. APOLLONIDÆ, aliis PHILIPPI.

Fruticeti quondam summis ramis insidens  
 cicada alā, urente sole meridiano,  
 ventrem pulsans, dextre nativo carmine suo  
 dulcis sonabat-per-totam solitudinem.  
 Crito autem Pialensis, omnis visco-artifex  
 prædæ, gracilis cicadæ terga arundinibus-cinxit.  
 Sed pœnam solvit: nam circa consueta aucupia  
 deceptus errat omnem desiderans avem.

## 265. EJUSDEM.

Sagitta-percussus Jovis ales pœnas-exegit a-Cretensi pha-  
 e-cœlo sagittā sagittam ulciscens. [retræ,  
 Nam illum statim jaculo recurrente occidit  
 ex-aere, et cadens interfecit ut obiit.  
 Ne jam vestris non-fallentibus, Cretes, sagittis  
 gloriemini: celebrator et Jovis certa-manus.

## 266. ANTIPATRI.

Suaviter modulanti multiforamines per arundines  
 dixit dulcisono Phœbus de Glaphyro:  
 « Marsya, mentitus-es tuum inventum: Minervæ enim  
 tibias e Phrygia hic est-furatus.  
 Si vero tu talibus tum inspirasses, non Hyagnis [men.  
 illud ad Mæandrum deslevisset infelix-tibiarum certa-

## 267. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Icarium navigans nuper mare, nave provolutus  
 Damis Nicareti filius cecidit in pelagus.  
 Multum vero pater precabatur immortales, et in aquam  
 verba-sonabat, pro filio fluctus orans.  
 Periiit autem miserrime voratus mari: illud autem patris  
 audivit preces ne olim quidem pelagus.

## ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Cretica canis cervi per vestigium cucurrit Gorgo,

Miratus Glaphyram, Marsya, Phœbus ait,  
 Inventum mentitus eras: a Pallade venit  
 Ad Phrygis istius tibia prima manus.  
 Tam bene si quondam flasses, non flesset Hyagnis  
 Certamen, Tmolo judice, triste tuum.

## 267. PHILIPPI.

Nicareti soboles navi delapsus ab alta  
 Damis in Icarias præcipitur aquas.  
 Viderat hoc, multumque Deis et fluctibus ipsis  
 Pro pueri fundit vota salute pater.  
 Sed tamen ah miserum sorpsit mare: scilicet illa  
 Ad patrias pridem surduit unda preces.

ἔγκυρος, ἀμφοτέρην Ἄρτεμιν εὐξαμένη·  
τίκτε δ' ἀποκτείνουσα· θοῇ δ' ἐπένευσεν Ἐλευθῶ  
ἄμρῳ, εὐαγρίας δῶρα καὶ εὐτοκίης·  
6 καὶ νῦν ἐννέα παισὶ διδοὶ γάλα. Φεύγετε, Κρήσσαι  
κερμάδες, ἐκ τοκάδων τέκνα διδασκόμεναι.

## 269. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κλασθείσης ποτὲ νηὸς ἐν ὕδατι, δῆριν ἔθεντο  
δισσαὶ ὑπὲρ μούνης μαρνάμενοι σανίδος.  
Τύψε μὲν Ἀνταγόρης Πεισίστρατον· οὐ νεμεισητὸν,  
ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς· ἀλλ' ἐμέλησε Δίκη.  
Νῆχε δ' ὁ μὲν, τὸν δ' εἶλε κύων ἀλός. Ἡ παναλάστωρ  
κηρῶν οὐδ' ὕγρῳ παύεται ἐν πελάγει.

## 270. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Κωμάζω, χρύσειον ἐς ἐσπερίων χορὸν ἄστρον  
λεύσσω, οὐδ' ἄλλων λὰξ ἐδάρυ' ἀόρους·  
στέψας δ' ἀνθόβολον κρατὸς τρίχα, τὴν κελαδεινήν  
πηκτίδα μουσοπόλοις χερσὶν ἐπηρέθισα.  
Καὶ τὰδε δρῶν εὐκοσμον ἔχω βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς  
κόσμος ἀνευθε λύρης ἐπλετο καὶ στεφάνου.

## 271. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Καὶ πότε δὴ νῆεσ' ἄφοβος πόρος, εἰπέ, θάλασσα,  
εἰ καὶ ἐν ἀλκυόνων ἡμασι κλαυσόμεθα,  
ἀλκυόνων, αἷς πόντος αἰὲ στήριζατο κῦμα  
νῆνεμον, ὥς κρίναι χέρσον ἀπιστοτέρην;  
Ἀλλὰ καὶ ἦνίκα μαῖα καὶ ὠδίνεσσι ἀπῆμων  
αὐχεῖς, σὺν φόρτῳ δῦσας Ἀριστομένην.

## 272. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Καρφαλέος διψεῖ Φοῖβου λάτρις εὔτε γυναικὺς  
εἶδεν ὑπὲρ τύμβου κρῶσσιν ὁμροδόκον,  
κλάγγεν ὑπὲρ χειλίδος, ἀλλ' οὐ γένυς ἤπτετο βυσσοῦ.  
Φοῖβε, σὺ δ' εἰς τέχνην ὄρνιν ἐκαιρονόμεις·  
χερμάδα δὲ ψάμμων σφαιρῶν, πότον ἄρπαγι χεῖλει  
ἐφθάνε μαιμάσσω λαοτίνακτον ὕδωρ.

## 273. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καύματος ἐν θάμνοισι λαλίστατος ἦνίκα τέττιξ  
φθέγγετο διγλώσσῳ μελόμενος στόματι,

## 269. ANTIPATRI THESSALON.

Fregerat insanum navim mare : rixa duobus  
Hinc sata, dum tabulam raptat uterque sibi.  
Vapulat Antagoræ Pistratus : hanc mihi mirum :  
Cernebatur enim vita : sed ultor adest.  
Enatat hic, alter canibus sit præda marinis :  
Quis putet ? Eumenidum sentit et unda faces.

## 270. MARCI ARGENTARIJ.

Aspiciens cælo saltantia sidera ludo :  
Nescit in humanos pes meus ire choros,

fæta, utramque Dianam precata,  
et peperit interficiens : cita autem annuit Eleutho  
ambo, bonæ-venationis dona et boni-partus;  
ac nunc novem catulis præbet lac. Fugite, Cretenses  
capræ, a puerperis quales-sint catuli edoctæ.

## 269. EJUSDEM.

Fracta quondam nave in undis, jurgium moverunt  
bini super una pugnantes tabula.  
Feriit Antagoras Pisistratum : nil invidiæ est,  
erat enim certamen de vita : sed res curæ-fuit Justitiæ.  
Enatavit quidem hic; alterum vero cepit canis marinus. Om-  
a-prenis ne humido quidem cessat in pelago. [nium-ultrix

## 270. MARCI ARGENTARIJ.

Comissor, aureum in vespertinorum chorum astrorum  
conjiens-oculos, neque aliorum calce pressi somnos;  
sed coronans floridum capitis crinem, resonam  
testudinem musicis manibus excitavi.  
Et hæc agens, bene-mundam habeo vitam; neque enim  
mundus sine lyra est et corona. [ipse

## 271. APOLLONIDÆ.

Et quando tandem navibus tutum erit fretum, dic, o mare,  
si et in halcyonum diebus lugebimus,  
halcyonum, quibus pontus semper stabilivit fluctum  
tranquillum, ita ut judices terram infidiorem?  
Sed etiam quum obstetrix esse et parturientibus nil-nocere  
gloriaris, cum onere immersisti Aristomenen.

## 272. BIANORIS.

Siccus siti Phœbi minister corvus quum mulieris  
vidit super tumulo lagunculam imbris-receptricem,  
crocitavit super labro vasis, sed rostro non attigit fundum.  
Phœbe, tu vero in artificium avem opportune-egisti;  
ac lapillos de-glarea constipans, potum rapaci labro  
propere-hausit petens lapidibus-submotam aquam.

## 273. EJUSDEM.

Calore in arbustis loquacissima quum cicada  
sonuit bilingui canens ore,

Impositaque comis verno de flore corona  
Sollicito docta fila canora manu.  
Sic mihi cælestem liceat, sic ducere vitam :  
Floribus et cithara nec polus ipse caret.

## 271. APOLLONIDÆ.

Dic mare quando tuas tuto sulcabitur undas,  
Si nos Alcyonum tempore flere jubes?  
Alcyonum, tranquilla quibus se sternere ponti  
Pax solet, ut non sit terra timenda minus.  
Tempore at hoc, fidum jactas quo partubus esse,  
Ipsam onus et dominum mergis Aristomenen.

δουναχόοντα Κρίτων συνθείς δόλον, εἶλεν αἰοδὸν  
ἥερος, οὐκ ἰδίην ἰξοβολῶν μελέτην.

Ἄξια δ' οὐχ ὁσέης θήρης πάθεν· οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλων  
πῆξ' ἐπ' ὀρνίθων εὐστοχον ὡς πρὶν ἄγρην.

## 274. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Καὶ τὸν ἀρουραῖον γυρήτομον αὐλακα τέμνει  
μηροτυπεῖ κέντρῳ πειθουμένη δάμναλις·  
καὶ μετ' ἀροτροπόνους ζεύγλας πάλι τῷ νεοθηλεῖ  
πινομένη μόσχῳ δευτέρων ἄλγος ἐλπί.  
Μὴ θλίψῃς αὐτὴν ὁ γεωμόρος· οὗτος ὁ βραῖος  
μόσχος, ἐὰν φείσῃ, σοὶ τρέφεται θαμάλης.

## 275. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Κάπριν μὲν χέρσῳ Κόδρος ἔκτανε· τὴν δὲ ταχεῖαν  
εἰν ἄλῃ καὶ χαροποῖς κύμασιν εἴλ' ἔλαφον.  
Εἰ δ' ἦν καὶ πτηνὴ θηρῶν φύσις, οὐδ' ἂν ἐν αἴθρῃ  
τὴν κείνου κενεὴν Ἀρτεμις εἶδε χέρα.

## 276. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ἀῶπος ἀποκλύζουσα παρὰ κροκάλαισι θαλάσσης  
χερνήτις, διερὸν τυτθὸν ὑπερθε πάγου,  
χέρσον ἐπεχθαίνοντι κατασπασθεῖσα κλύδωνι,  
δειλαῖν πικρῷ κύμ' ἐπιεν θανάτου·  
πνεῦμα δ' ὁμοῦ πενήν ἀπελύσατο. Τίς κ' ἐνὶ νηὶ  
θαρήσῃαι περὶ τὴν ἀφύλακτον ἄλα;

## 277. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Λαβροπόδῃ χεῖμαρρε, τί δὴ τόσον ὧδε κορύσση,  
πῶδον ἀποκλείων ἔγχοις ὁδοιπορίης;  
Ἥ μεθύεις ὄμβροισι, καὶ οὐ Νύμφαισι διαυγέσι  
νῆμα φέρεις, βολεραῖς δ' ἡράνισσαι νεφέλαις.  
Ὅφομαι ἡελίῳ σε κεκαυμένον, ὅστις ἐλέγγειν  
καὶ γόνιμον ποταμῶν καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

## 278. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Λάρνακα πατρῶν ἐτι λείψανα κοιμίζουσιν  
νεκρῶν χειμάρρῳ παῖς ἴδε συρομένην·

arundineum Crito ubi-composuif dolum, cepit cantatricem  
aeris, non proprium visco-jaciendo-exercens studium.  
Digna vero non pia venatione passus-est: non enim am-  
adegit in aves certum, ut prius, venatum. [pius alias

## 274. PHILIPPI.

Et agrestem circumagendo-proscissum sulcum secat  
crura-verberanti stimulo parens juvenca;  
et post aratoria juga rursus recens-edito  
epotata a-vitulo alteram ærumnam habet.  
Ne fatiges eam, o agricola. Illic parvus  
vitulus, si matri peperceris, tibi nutritur juvenus.

## 275. MACEDONII.

Aprum quidem in-terra Codrus occidit; citam vero  
in mari et cæruleis fluctibus cepit cervam.  
Si autem esset et aligera belluarum natura, ne in aere  
illius vanam Diana vidisset manum. [quidem

## 276. CRINAGORAS.

Vestem lavans juxta arenas maris  
mulier-operaria, humidum paulo supra scopulum,  
tellurem inscendenti abrepta æstu,  
misera amaræ fluctum bibit mortis:  
et animam simul-cum paupertate exiit. Quis in navi  
ausit-ingredi vel pedestribus quod-caveri-nequit mare?

## 277. ANTIPHILI.

Impetuose-qui-incedis torrens, quid tu tantopere sic as-  
pedestre excludens vestigium a-via-facienda? [surgis,  
Profecto ebrius-es imbribus, nec Nymphis pellucidum  
laticem agis, sed ab-atris mutuatus-es nubibus.  
Videbo sole te exustum, qui ostendere  
et nativam fluviorum et spuriam novit aquam.

## 278. BIANORIS.

Arcam, patris adhuc reliquias somno-dantem  
mortui, torrente puer vidit abripi;

## 274. PHILIPPI.

Puncta latus stimulo scindentes jugera sulcos  
Quamlibet æstivo sole juvenca secat,  
Lassaque ferre jugum vitulo potanda ministrat  
Ubera: sic duplici pressa labore gemit.  
Ne sevi, possessor agri: si parcere matri  
Non vis, at vitulo parce, juvenus erit.

## 275. MACEDONII.

Cæruleo cervam cepit Codrus æquore, terra  
Qui jam fulmineum ceperat ante suum.  
Si qua per aerios campos fera curreret, idem  
Ferret non vacuas inde, Diana, manus.

## 276. CRINAGORAS.

Æquoreis dum purgat aquis in littore vestes  
Procumbens modico semina de scopulo,

Attrahitur pelagi terram superantibus undis,  
Et sevam mortis potat amaritatem;  
Pauperiem vita simul abluit. Et rate quis nunc,  
In terra positus quod nocet, æquor aret?

## 277. ANTIPHILI.

Invide quid tanto provolveris agmine torrens,  
Et nos incepta non sinis ire via?  
Ebrius an pluvia turges, neque candida Nais,  
Sordida sed nubes has tibi fecit aquas?  
Jam tibi sol ardens aderit. Bene judicat ille,  
Quis sit suppositus, quis sine fraude liquor.

## 278. BIANORIS.

Urnæ, quæ veterum cineres gestabat avorum,  
Viderat hiberno flumine nare puer.

καί μιν ἄχος τόλμης ἐπλήσατο, χεῦμα δ' ἀναίδες  
εἰσέθοραν, πικρὴν δ' ἦλθ' ἐπὶ συμμαχίην.  
Ὅστέα μὲν γὰρ ἔσωσεν ἀπ' ὕδατος, ἀντὶ δὲ τούτων  
αὐτὸς ὑπὸ βλοσυροῦ χεῦματος ἐφθάνετο.

## 279. ΒΑΣΣΟΥ.

Ληθαίης ἀκάτοιο τριηκοσίους δτε ναύτας  
δεύτερον ἔσχ' Ἄιδης, πάντας ἀρηϊφάτους, [πάντα  
« Σπάρτας ὁ στόλος », εἶπεν · « ἴδ' ὡς πάλι πρόσθια  
« τραύματα, καὶ στέρνοις δῆρις ἔνεστι μόνοις·  
« νῦν γε μόθου χορέασαθε, καὶ εἰς ἐμὸν ἀμπαύσασθε  
« ὕπνον, ἀνικατοῦ δῆμος Ἐνναλίου ».

## 280. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Λαίλιος, Αὔσονίων ὑπάτων κλέος, εἶπεν ἀθρήσας  
Εὐρώταν · « Σπάρτης γαῖρε φέριστον ὕδωρ. »  
Μουσάων δ' ἐπὶ χεῖρα λαβὼν πολυίστορι βίβλω,  
εἶδεν ὑπὲρ κορυφῆς σύμβολον εὐμαθίης·  
κίτται, μιμητὸν βίῳ περὶ, ἐν σκαιοῖσιν  
ἄγκεσι παμφώνων μέλπον ἀπὸ στομάτων.  
Ὡρμήθη δ' ἐπὶ ταῖσι. Τί δ' οὐ ζηλωτὸς ὁ μόχθος,  
εἰ καὶ πτηνὰ ποθεῖ \* \* \*.

## 281. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ξεῖνον δπηνίκα θαῦμα κατείδομεν Ἄσις ἅπασα,  
πῶλον ἐπ' ἀνδρομέαν σάρκα φριμασσόμενον,  
Θρηϊκῆς φάτνης παλαιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα  
ἤλυθε · δίζημαι δεύτερον Ἡρακλέα.

## 282. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Ξεῖνοι, παρθένος εἰμὶ τὸ δένδρεον εἴπατε δάφνης  
φείσασθαι δμῶν χερσὶν ἐτοιμοτόμοις·  
ἀντὶ δ' ἐμεῦ κομάρου τις ὁδοιπὸρος ἢ τερεβίνθου  
δρεπτεύσθω χθαμαλὴν εἰς χύσιν· οὐ γὰρ ἐκάς·  
ἀλλ' ἀπ' ἐμεῦ ποταμὸς μὲν ὅσον τρία, τοῦ δ' ἀπὸ πηγῶν  
ὅλη πανθηλὴς δοιὰ πέλεθρ' ἀπέχει.

## 283. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Οὔρεα Πυρηναῖα καὶ αἱ βαθυάγκες Ἄλπεις,

Audacem facit ipse dolor, quo motus in undas  
Desilit, et tristem fert pietatis opem.  
Reliquias servavit enim : sed flumine raptus  
De se reliquias ipse reliquit aquis.

## 279. BASSI.

Confectos iterum sævo cum Marte trecentos  
Dis pater inferno cerneret amne vehi,  
Spartanum genus est, facile est agnoscere, dixit,  
Frontibus et tantum pectore vulnus habent.  
Jamque laboratum satis est, gens Martia; noster  
Promerita donat vos requiete sopor.

## 280. APOLLONIDÆ.

Vidit ut Eurotam, generis lux prima Latini,  
Lælius, O Spartes optima dixit aqua;

et eum dolor audaciâ implevit, flumenque impudens  
insiluit, et amarum venit in auxilium arcæ.  
Ossa enim servavit quidem ab aqua, sed pro eis  
ipse sævo fluente præreptus est.

## 279. BASSI.

Lethææ scaphæ trecentos quum nautas  
denuo habuit Pluto, cunctos a-Marte-interemptos,  
« Spartana est expeditio, inquit : vide ut rursus adversa  
vulnera, et pectoribus bellum ut inest solis. [cuncta  
Nunc saltem pugne satietas-teneat-vos, et in meum re-  
somnum, invicti gens Mavortis. » [quiescite

## 280. APOLLONIDÆ.

Lælius, Ausoniorum consulum gloria, dixit conspicatus  
Eurotam : « Spartæ salve præstantissima aqua. »  
Musarum vero præmia nactus doctissimo libro,  
vidit super vertice symbolum eruditionis :  
picæ, imitatrix vitæ avis, in umbrosis  
vallibus omnia-sonantibus caneant ab oribus.  
Properavit autem ad illas. Qui non invidendus labor hic,  
si etiam aligera cupiunt \* \* \*.

## 281. EJUSDEM.

Inusitatum ubi miraculum vidimus Asia tota,  
pullum-equinum humanæ carni infrementem,  
Threicii præsepis vetusta fabula sub meum oculum  
venit : quæro alterum Herculem.

## 282. ΑΝΤΙΠΑΤΡΙ ΜΑΚΕΔΟΝΙΣ.

Hospites, virgo sum arbuscula : præcipite, lauro  
ut-parcant, famulorum manibus promptis-ad-secandum.  
Pro me autem arbutum quispiam viator aut terebinthum  
decerpat humilem ad stratum. Non enim procul est :  
sed a me fluvius quidem fere tria, ejus vero a fontibus  
silva omnis-generis-florens duo jugera abest.

## 283. CRINAGORÆ.

Montes Pyrenæi et profundis-vallibus Alpes,

Cumque manu vatam chartas evolveret, omen  
Ad caput en studii vidit adesse sui;  
Namque in frondiferis picæ convallibus ore  
Edebant varios nos imitante sonos.  
Addidit hoc animos : Felix labor ille, poetæ,  
Vester, ait, quorum verba sequuntur aves.

## 281. EJUSDEM.

Trux equus humana quærit de carne saginam,  
Res nova; sed testes nos sumus atque Asia.  
Threicii quando redeunt præsepia regis,  
Alciden debes quærere, terra, novum.

## 283. BASSI.

## De Germanico.

Pyrenæa juga, et depressis vallibus Alpes,

αἱ Ῥήνου προχοαὶ ἐγγὺς ἀποβλέπετε,  
μάρτυρες ἀκτίνων, Γερμανικὸς δὲ ἀνέτειλεν,  
ἀστράπτων Κελτοῖς πουλὺν ἐνὶ ἅλιον.  
Οἱ δ' ἄρα δουπήθησαν ἀλλήλους· εἶπε δ' Ἐνυὼ  
Ἄρει· «Τοιαύταις χερσὶν ὀφειλόμεθα».

## 284. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἶους ἀνθ' οἶων οἰκήτορας, ὦ ἔλεεινή,  
εὖραο. Φεῦ μεγάλης Ἑλλάδος ἀμμορίης.  
Αὐτίκα καὶ γαίης χθαμαλωτέρῃ εἶθε, Κόρινθε,  
κείσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρῃ,  
ἢ τοίοις διὰ πᾶσα παλιμπρήτοισι δοθεῖσα  
θλίβειν ἀρχαίων ὅστέα Βακχιαδῶν.

## 285. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Οὐκέτι πυργωθεὶς ὁ φαλαγγομάχος ἐπὶ δῆριν  
ἀσχετος δρμαίνει μυριάδους ἐλέφας,  
ἀλλὰ φόβῳ στείλας βαθὺν αὐχένα πρὸς ζυγοδέσμους,  
ἀντυγα διφρουλκεὶ Καίσαρος οὐρανοῦ.  
Ἔγνω δ' εἰρήνης καὶ θῆρ χάριν ὄργανα βίψας  
Ἄρεος, εὐνομίης ἀντανάγει πατέρα.

## 286. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ὅρνι, τί μοι φίλον ἔπνον ἀφήρπασας; ἡδὺ δὲ Πύρρῃς  
εἰδῶλον κοίτης ὥχετ' ἀποπτάμενον.  
Ἥ τὰδε θρέπτρα τίνεις, δι' ἡγά σε, δύσμορε, πάσης  
ψοτάκου κραίνεις ἐν μεγάρῳ ἀγέλης;  
Ναὶ βωμὸν καὶ σκήπτρα Σαραπίδος, οὐκέτι νυκτὸς  
φθέγγεται, ἀλλ' ἔξεις βωμὸν δν ὠμόσαμεν.

## 287. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ὅ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίῳσιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,  
ὁ πρὶν Κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορίῃ,  
ὑψιπετῇ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἡῆρ' ἀερθεὶς  
ἤλυθον, Ἥελίου νῆσον δ' εἶχε Νέρων·  
κείνου δ' αὐλίσθη ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης  
κράντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

Flumina queis Rheni prima videre datum,  
Vos habuit testes Germanicus ære coruscans,  
Celtica dum ritu fulminis arma ferit.  
Cum densi caderent, Mavortii dixit Enyo:  
Nom alias quaerunt numina nostra manus.

## 285. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Qui turre Elephas nuper gestabat in hostem,  
In fera qui vivum bella ferebat ebur,  
Famibus adstricta profitens cervice timorem,  
Caesareum rapido portat in axe iubar.  
Bellua pax quantum valeat videt; arma Gradii  
Abjicit, ut juris te ferat alme patrem.

## 286. MARCI ARGENTARI.

Quid somnum mihi, galle, fugas? cur, improbe, Pyrrhæ

quæ Rheni fontes juxta cernitis,  
testes estis radiorum, Germanicus quos extulit,  
fulgurans Celtis multum martem.  
Illi vero hinc corruerunt conferti; dixit autem Enyo  
Marti: «Talibus manibus debemur.»

## 284. EJUSDEM.

Quales pro qualibus incolas, o miseranda,  
invenisti! heu magnum Græciæ infortūnium!  
Brevi vel humo humilior utinam, o Corinthe,  
jaceas, et Libyca arena desertior,  
potius quam talibus tota venalibus-nequam tradita  
premas antiquorum ossa Bacchiadarum.

## 285. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Non-jam turritus cum-phalangibus-pugnans in bellum  
nescius retineri ruit maximis-dentibus-instructus-elephas  
sed timore demittens profundam cervicem ad lora-jugi  
currum trahit Cæsaris cœlestis.  
Novit pacis etiam fera gratiam: instrumenta postquam  
Martis, concordiae contra-reducit patrem. [rejecit

## 286. MARCI ARGENTARI.

O avis, quid mihi amicum somnum abrupuisti? dulce au  
simulacrum cubili abiit avolans. [tem Pyrrhæ  
An hoc alimoniae-pretium solvis, quod feci te, infelix,  
ova-parientis dominum in ædibus gregis? [omnis  
Næ per aram et sceptræ Serapidis, non jam noctu  
clamabis, sed habebis (occupabis) aram quam juravimus

## 287. APOLLONIDÆ.

Quæ prius ego Rhodios non-accessi sacra avis,  
aquila quæ prius Cercaphidis eram historia (res au-  
altivolante tunc ala per latum aera sublata [dita),  
veni, Solis insulam quum haberet Nero:  
illius autem stabulavi in ædibus, manui assueta  
domini, non fugiens Jovem futurum.

Avolat a stratis dulcis imago meis?  
Hancne vicem reddis mihi? qui te polline pavi,  
Uxoresque dedi tibi tibi cortis aves?  
Non tu nocte canes posthac, tibi juro Serapim,  
Sacraque: jurati te vocat ara Dei.

## 287. APOLLONIDÆ.

Cercaphidis non visa Jovi sacrata volucris,  
Quam Rhodos ex sola noverat historia:  
Expandi celeres quo non prius aere pennas,  
Dum præsens colitur Solis in urbe Nero.  
Tecta sedens super ipsa, Jovem non vito futurum  
Inter regales ludere sueta manus.

## 288. FEMINOY.

Οὗτος δ' Ἐκροπίδῃσι βαρὺς λίθος Ἄρεϊ κεῖμαι,  
 ξεῖνε, Φιλιππίης σύμβολον ἡγορέης,  
 ὑβρίζων Μαραθῶνα καὶ ἀγγιᾶλου Σαλαμῖνος  
 ἔργα, Μακεδονίης ἔγχεσι κεκλιμένα.  
 Ὅμνυε νῦν νέκυας, Δημοσθένης· αὐτὰρ ἐγώ γε  
 καὶ ζῶσις ἔσομαι καὶ φθιμένοισι βαρὺς.

## 289. ΒΑΣΣΟY.

Οὐλόμεναι νήεσσι Καφηρίδες, αἶ ποτε νόστον  
 ὠλέσαθ' Ἑλλήνων καὶ στολὸν Ἰλιόθεν,  
 πυρρὸς δτε ψεύστας χθονίης ἐνοφερώτερα νυκτὸς  
 ἤψε σέλα, τυφλῇ δ' ἔδραμε πᾶσα τρόπις  
 χοιράδας ἐς πέτρας, Δαναοῖς πάλιν Ἴλιος ἄλλη  
 ἐπλετο, καὶ δεκέτους ἐχθροτέρῃ πολέμου.  
 Καὶ τὴν μὲν τότε ἔπερσαν· ἀνίκητος δὲ Καφηρεὺς,  
 Ναυπλίε· σοὶ γὰρ πᾶν Ἑλλάς ἐκλαυσε δάκρυ.

## 290. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ὅτ' ἐξ ἀήτου Αἰθῦος, ἐκ ζαοῦς Νότου  
 συνεζοφύθη πόντος, ἐκ δὲ νειάτων  
 μυγῶν βυθίτις ψάμμος ἐξηρέυετο,  
 ἱστὸς δὲ πᾶς ὠλισθεν εἰς ἔλα· πτύσας,  
 φορτὶς δ' ἐσύρετ' ἐς αἰδαν, πλανώμενος  
 ἀρωγonaύτας δαίμονας Λυσίστρατος  
 ἐλιπάρησεν· οἱ δὲ τῷ νεωκόρῳ  
 μούνῳ θάλασσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν.

## 291. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Οὐδ' ἦν Ὀκεανὸς πᾶσαν πλήμυραν ἐγείρη,  
 οὐδ' ἦν Γερμανίη Ῥήνον ἅπαντ' ἐφίη,  
 Ῥώμης οὐδ' ὅσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνη  
 δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέη.  
 Οὕτως χαῖ ἱερὰὶ Ζηνὸς δρύες ἐμπέδα ῥίζαις

## 288. GEMINI.

Hic ego Cecropidis gravis lapis Marti positus-sum.  
 o hospes, Philippicæ signum virtutis,  
 contumelia-afficiens Marathonem et littoreæ Salaminis  
 opera, Macedoniæ hastis depressa.  
 Jura nunc per-mortuos, Demosthenes! sed ego  
 et vivis ero et exstinctis gravis.

## 289. BASSI.

Funestæ navibus Capharides *petra*, quæ olim reditum  
 perdidistis Græcorum et classem Ilio-profectam,  
 fax quando mendax inferâ tenebrosior nocte  
 accendit lumen, cæcæque cucurrit omnis carina  
 asperas in petras, Danais rursus Ilios alia  
 fuit, et decenni infensior bello.  
 Et hanc quidem tunc everterunt; invictus vero Caphareus,  
 o Naupli : tibi enim omnem Græcia flevit lacrimam.

## 290. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Quum a vehementer flante Africo, a violento Noto  
 obscuratus-esset pontus, et-ex imis  
 gurgitibus quæ-in-fundo-est arena eructaretur,  
 malus autem totus lapsus-esset in mare spuens,  
 onerariæque navis traheretur in orcum, errans  
 auxiliares-nautarum deos Lysistratus  
 enixe-oravit : illi autem ædituo  
 soli mare ferum sopiverunt.

## 291. CRINAGORÆ.

Ne si quidem Oceanus omnem æstum cieret,  
 ne si quidem Germania Rhenum totum immitteret,  
 Romæ ne tantillum quidem lædet robur, dum manserit  
 dextera imperandi-causa Cæsari confidens.  
 Ita etiam sacræ Jovis quercus firme radicibus

## 288. GEMINI.

Sto sacer hic Marti lapis ac grave pondus Athenis,  
 Testis quam pollens ense Philippus erat.  
 Excalco Salaminis aquas Marathonique arva,  
 Omnia quæ Macetum robore pressa jacent.  
 I nunc, exanimis jura Demosthenes : at me  
 Sci pariter vivis exanimisque gravem.

## 289. BASSI.

Euboicæ cautes, jam tunc quoque pestis Achivum,  
 Cum peteret Phrygia classis ab urbe domum;  
 Dum micat heu mendax tenebrisque nocentior atris,  
 Saxa trahit cæcas ignis in ipsa rates.  
 Equavit nox una decem cum cladibus annos,  
 Et locus hic Graiis altera Troja fuit.  
 Victa tamen Troja est : vincit tuus illa Caphareus,  
 Nauplie, fletque truces Græcia tota dolos.

## 290. PHILIPPI

Sævus procellis Africus, sævus mare  
 Turbabat Auster, æstibusque concita  
 Tantis arenas ima ructabant vada :  
 Jam lapsa malus incubabat fluctibus,  
 Hians ad orcum jam trahebatur ratis;  
 Deos faventes navitis Lysistratus  
 Adorat. Illi concitum sedant fretum;  
 Unius hoc valere cultoris preces.

## 291. CRINAGORÆ.

## De Roma.

Non si vel totum biberit Germania Rhenum,  
 Oceanusque æstus tollat in astra suos,  
 Est quod Roma sibi timeat, dum Cæsare freta  
 Illius imperiis perstat habere fidem.  
 Sic et sacra Jovi quercus radicibus hæret;

ἑστᾶσιν, φύλλων δ' αὖτ' ἁέουσ' ἄνεμοι.

## 292. ONESTOI.

Παίδων ὃν μὲν ἔκαιεν Ἀρίστιον, ὃν δ' ἐσάκουσε  
ναυηγόν· δισσοῦν δ' ἄλγος ἔτῃζε μίαν.  
Αἰαὶ μητέρα Μοῖρα διέλιτο, τὴν ἴσα τέκνα  
καὶ πυρὶ καὶ πικρῷ νευμαμένην ὕδατι.

## 293. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ποὺλὺ Λεωνίδεω κατιδὼν δέμας αὐτοδαίχτον  
Ξέρξης ἐχλαίνου φάρεϊ πορφυρέω·  
κτῆ νεκρῶν (δ') ἤχησεν ὁ τᾶς Σπάρτας πολλὸς ἥρω·  
« Οὐδέχομαι προδόταις μισθὸν ὀφειλόμενον·  
« ἄσπις ἔμοι τύμβου κόσμος μέγας· αἶρε τὰ Περσῶν·  
« χῆξω κεῖς αἰδὼν ὡς Λακεδαιμόνιος ».

## 294. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

« Πορφυρέαν τοι τάνδε, Λεωνίδα, ὥπασε χλαῖναν  
Ξέρξης, ταρβήσας ἔργα τεᾶς ἀρετᾶς. » —  
« Οὐδέχομαι προδόταις αὐτὰ χάρις. Ἄσπις ἔχοι με  
« καὶ νεκρῶν ὁ πλοῦτος δ' οὐκ ἔμὸν ἐντάφιον. » —  
« Ἄλλ' ἔθανες· τί τοσόνδε καὶ ἐν νεκυέσσιν ἀπεχθής  
« Πέρσις; » — « Οὐ θνάσκει ζᾶλος ἐλευθερίας ».

## 295. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Πῶλλον, τὸν πεδίων ἄλλ' οὐχ ἄλδος ἱππευτῆρα,  
νῆϊ διαπλῶειν πόντον ἀναινόμενον,  
μὴ θάμβει χρεμέθοντα καὶ ἐν ποσὶ λαῆ πατεοντα  
τοίχους, καὶ θυμῷ δεσμὰ βιαζόμενον.  
Ἄχθεται εἰ φόρτου μέρος ἔρχεται· οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλοις  
κεῖσθαι τὸν πάντων ἐπρεπεῖν ὠκύτατον.

## 296. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Σκύλλος, ὅτε Ξέρξου δολιχὸς στόλος Ἑλλάδα πᾶσαν  
ἥλανεν, βυθίην εὗρετο ναυμυχίν,

At levis arentes decuit aura comas.

## 292. ONESTÆ.

Dum cremat hunc natum, narratur et alter, Ariste,  
Mersus aquis, unam luctus uterque premit.  
Mortibus heu miseram divisit Parca parentem,  
Æquaque pars flammis cessit, et æqua mari.

## 293. PHILIPPI.

Factam sponte necem Xerxes ut viderat, artus  
Purpurea texit veste Leonideo.  
Ipse vetat, mediisque sonans e manibus heros,  
Non sumo pretium proditiōis, ait.  
Grande decus tumuli, clipeus mihi : Persica tolle,  
Orcus ut agnoscat me Lacedæmonium.

## 294. ANTIPHILI BYZANTII.

Purpurea Xerxes te veste, Leonida, donat,

stant, foliorum vero sicca fundunt venti.

## 292. ONESTÆ.

Puerorum unum comburebat Aristion, alterum vero audit  
naufragum : duplex autem dolor consumpsit unam.  
Heu, heu ! matrem Parca divisit, quæ æquales pueros  
et igni et amaræ impertivit aquæ.

## 293. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Magnum Leonidæ conspicatus corpus sponte-occisum  
Xerxes induebat veste purpurea,  
et e mortuis sonuit Spartæ magnus hērōs :  
« Non accipio proditoribus mercedem debitam ;  
clypeus mihi tumuli ornamen magnum : tolle *dona* Per-  
et ibo etiam in orcum ut Lacedæmonius. » [sarum :

## 294. ANTIPHILI BYZANTII.

« Purpuream tibi hanc, o Leonida, præbuit lænam  
Xerxes, reveritus opera tuæ virtutis. » —  
« Non accipio : proditoribus hæc gratia. Clypeus habeat me  
vel mortuum ; divitiæ vero non sunt meæ inferiæ. » —  
« Sed obiisti. Quid tantum vel inter mortuos insensus es  
Persis? » — « Non moritur studium libertatis. »

## 295. BIANORIS.

Pullum, camporum sed non maris equitatore, —  
nave vehi-per pontum abnuentem,  
ne mireris hinnientem et pedibus calce insultantem  
latera navis, et animose vincula sollicitantem.  
Dolet si oneris pars incedat : non enim aliis *vehentibus*  
impositum-esse omnium decebat velocissimum.

## 296. APOLLONIDÆ.

Scyllus, quum Xerxis longa classis Græciam totam  
vexaret, in fundo-commisum invenit certamen-navale,

Miratus dextræ fortia facta tuæ. —

Non cupio : neque enim sum proditor ; una peremto  
Parma sat est : tumulo tolle Laconis opes. —  
Mortuus at nunc es ; quid adhuc irascere Persis? —  
Libertatis amor, scis puto, non moritur.

## 295. BIANORIS.

Ne mireris, equus velox decurrere campis  
Si rate cæruleas non amat ire vias ;  
Sed fremitu hinnitu, ferit et latus omne carinæ  
Calcibus, ipsa simul rumpere vincla parat.  
Ferre solens equitem fluctus equitare recusat,  
Et dici navis sarcina turpe putat.

## 296. APOLLONIDÆ.

Belligeram Xerxis tremere cum Græcia classem,  
Invenit Scyllis prælia tecta mari.

Νηρῆος λαθρίοισιν ὑποπλεύσας τενάγεςσι,  
καὶ τὸν ἀπ' ἀγκύρης ὄρμον ἔκειρε νεῶν.  
Ἐὐτάνδρος δ' ἐπὶ γῆν ὤλισθανε Περσὶς ἀναυδὸς  
δλλυμένη, πρώτη πείρα Θεμιστοκλέους.

## 297. ANTIPIATROI.

Στέλλει Εὐφρήτην, Ζηνὸς τέκος· εἰς σέ γάρ ῥ' ἔδω  
ῥῶσι Πάρθων αὐτοματοῦσι πόδες.  
Στέλλει, ἄναξ· δῆεις δὲ φόβῳ κεχαλασμένα τόξα,  
Καῖσαρ· πατρῶν δ' ἄρξαι ἀπ' ἀντολέων·  
Ῥώμην δ', ὠκεανῷ περιτέρμονα πάντοθεν, αὐτὸς  
πρῶτος ἀνερχόμενῳ σφράγισαι ἡλείῳ.

## 298. ANTIPILOI.

Σκίπων με πρὸς νηὸν ἀνήγαγεν, ὄντα βέβηλον  
οὐ μόνον τελετῆς, ἀλλὰ καὶ ἡλείου·  
μύστην δ' ἀμφοτέρων με Θεαὶ θέσαν· οἶδα δ' ἐκείνῃ  
νυκτὶ καὶ ὀφθαλμῶν νύκτα καθηράμενος.  
Ἄσκιπων δ' εἰς ἄστῳ κατέστιχον, ὄργια Διὸς  
κηρύσσει γλώσσης θυμῶσι τρανότερον.

## 299. PHILOPII THESSALONICENSIS.

Ταῦροι προητέοντες, ἀροτρευτῆρες ἀρούρης,  
εἰν ἄλλ' τοὺς γαίης ἀντέχοντες καμάτους·  
αὐλακα τὴν ἀσίδαρν ἐν ὕδασι ἔλκομεν ἄμφο,  
μακροτόνων σχοίνων ἄμμα σαγηνόδετον·  
ἔχθουσι δ' ἐκ σταχύων λατρεύομεν. Ἄ ταλαεργοί!  
ῥῶν κῆν πελάγει καρπὸν ἀροῦσι βόες.

## 300. ADDAII.

Ταύρω φρικαλέον νάπος ἐκβαίνοντι Δοδάρου  
Πευκίστης ἵππῳ καρτερὸς ἦντίσεν.  
Ἄλλ' ὁ μὲν ὀρμήθῃ προῶν ἄτε· τοῦ δ' ἀπαλοῖο  
Παιονίδα λόγχην ἔκειε διὰ κροτάφου·  
σολήσας κεφαλῆς δὲ διπλοῦν κέρα, αἶν ἐκείνῳ  
ζωροποτῶν ἐχθροῦ κόμπον ἔχει θανάτου.

## 301. SECONDI.

Τίπτε τὸν ὀγκητὴν βραδύπουν ὄνον ἄμμιγ' ἐν ἵπποις

Nam vada furtivo delapsus ad ima natatu  
Vincula, quæ curvis dentibus apta, secat :  
Sic ratibus pereunt pulsus in littora Medi,  
Materies famæ prima Themistocleæ.

## 298. ANTIPILOI.

De cæco adscendente in Eleusinis templum recuperato  
visu.

Duxerat ad templum me scipio ; non modo sacris  
Ipse, sed et Soli quippe profanus eram.  
Sed fecere Deæ mystam Solisque suumque :  
Nox oculis noctem depulit ista meis.

Nerei occulta subvectus vada,  
et ex ancora stabilimentum præcidit navium.  
Et ipsis-cum-viris in terram lapsa-est Persis muta  
periens, primum experimentum Themistoclis.

## 297. ANTIPIATRI.

Duc in Euphratem, Jovis soboles : ad te enim jam  
sub-aurora Parthorum sponte-transeunt pedes.  
Duc, imperator : invenies autem metu relaxatos arcus,  
Cæsar : patrio vero incipe ab ortu :  
Romam autem, oceano terminatam undique, ipse  
primus emergenti obsigna sole.

## 298. ANTIPILOI.

Baculus me ad templum altum-duxit, quum-essem ut  
non modo initiationis, sed et solis ; [profanus-expers  
mystam vero utriusque me Deæ fecerunt : novi autem illa  
nocte et oculorum noctem deposuisse.  
Ac sine baculo in urbem descendi, sacra Cereris  
prædicans, quam linguâ, oculis manifestius.

## 299. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Tauri colla-mansuefacti, aratores ruris,  
in mari terræ sustinemus labores :  
sulcum absque-ferro in aquis trahimus ambo,  
longe-tensorum funium nodum sagenæ-alligatum :  
piscibus vero post spicas inservimus. Heu, laborum-pa-  
jam et in pelago segetem arant boves. [tientes!

## 300. ADDÆI.

Tauro tremendam vallem egredienti Doberi  
Peucestes in-equo validus occurrit.  
Sed ille quidem prorupit montis instar : at tenera hic  
Pæonidem hastam misit per tempora ;  
et postquam-abstulit capitis duplex cornu, semper eo  
merum-potans de-hostili gloriatur cæde.

## 301. SECUNDI.

Quinam me rudentem tardipedem asinum inter equas

Ut duce me redii, te jam Ceres alma celebros  
Non lingua, sed quod certius est, oculis.

## 299. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Ante jugo domiti versavimus arva juvenci,  
At nunc pro terris æquor arare datur.  
Fluctibus in pelagi facimus sine vomere sulcos,  
Dum nos verriculi vincula longa ligant.

\* \* \* \* \*

## 301. SECUNDI.

Quid me tardigradum rudens genus inter arborum

γυρὸν ἀλωεινᾶς ἐξελάατε δρόμον;  
[ἦ] οὐχ ἔλεις, ὅ ττι μύλοιο περιδρομὸν ἄχθος ἀνάγκης  
σπειρηδὸν σκοτοίεις κυκλοδιωκτος ἔχω;  
ἀλλ' ἔτι καὶ πώλοισιν ἐρίζομεν. Ἡ δ' ἔτι λοιπὸν  
νῦν μοι τὴν σχολὴν αὐχένι γαῖαν ἀροῦν.

## 302. ANTIPATROY.

Τὸ βρέφος Ἑρμώνακτα διεχρήσασθε μέλισσαι  
(φεῦ κύνας) ἐρπυστήν, κηρία μαίμενον·  
πολλάκι δ' ἐξ ὑμέων ἐφισμένον ὠλέσας· αἰαῖ!  
κέντροις. Εἰ δ' ὀφίων φωλεὰ μεμρόμεθα,  
παῖθε Λυσιδίχη καὶ Ἀμύντορι μηδὲ μέλισσας  
αἰνεῖν· κακείναις πικρὸν ἐνεστι μέλι.

## 303. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Τῇ βαῖῃ Καλαθίνῃ ὑπὸ σκυλάκων μογεούσῃ  
Λητωῖς κούφην εὐτοκίην ἔπορευε.  
Μούναις οὐ τι γυναιξὶν ἐπήκοος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς  
συνθήρους σώζειν Ἀρτεμὶς οἶδε κύνας.

## 304. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Τὸν γαίης καὶ πόντου ἀμειψθεῖσαισι κελεύθοις  
ναύτην ἡπείρου, πεζοπόρον πελάγους,  
ἐν τρισσαῖς δοράτων ἑκατοντάσιν ἔστεγεν ἄρης  
Σπάρτης. Αἰσχύνεσθ', οὐρεα καὶ πελάγη.

## 305. ANTIPATROY.

Ὑδατος ἀκρήτου κεκορημένῳ ἄγχι παραστὰς  
χθιζὼν ἔμοι λεχέων Βάκχος ἔλαξε τάδε·  
« Εὐδαίε ἀξίον ἔπνον ἀπεχθομένον Ἀφροδίτῃ·  
« εἰπέ μοι, ὦ νήφων, πεύθειαι Ἰππολύτου;  
« τάρβει, μή τι πάθος ἐναλίγκιον. » Ὡς ὁ μὲν εἰπὼν  
ᾤχετ'· ἔμοι δ' ἀπὸ τῆς οὐκέτι τερπνὸν ἔδωκε.

## 306. ANTIPHILΟΥ.

Ὑλοτόμοι παύσασθε, νεῶν χάριν. Οὐκέτι πεύκη

rotundum areales impellite in-cursum?  
nonne satis est quod molæ circumcursile necessario pondus  
orbiculatim tenebrosus in-gyrum-actus habeo?  
sed jam et cum-equis contendimus. Sane adhuc restat  
nunc mihi incurvam collo terram arare.

## 302. ANTIPATRI.

Puerulum Hermonactem peremistis, apes,  
(heu canes!), repentem, mella quærentem;  
sæpe autem a vobis nutritum perdidistis, heu, heu!  
aculeis. Si autem serpentium lustra accusamus,  
crede Lysidicæ et Amyntori neu apes  
laudato: etiam illis amarum inest telum.

## 303. ADDÆI.

Parvæ Calathinæ ob catulos laboranti  
Latonia facilem bonumque-partum præbuit.  
Solas neūtiqum mulieres exaudit, sed et ipsas  
venatus-socias servare Diana novit canes.

## 304. PARMENIONIS.

Illum per terræ et ponti permutatas vias  
nautam aridæ, peditem maris  
ternis hastarum centuriis cohibuit mars  
Spartæ. Pudore-confundimini, montes et maria.

## 305. ANTIPATRI.

Aqua meraca saturato juxta adstans  
cubilia heri mihi Bacchus dixit hæc:  
« Dormis dignum somnum invisit Veneri:  
dic mihi, o abstemi, nostine Hippolytum?  
Time ne quid experiaris simile. » Ita ille quidem fatus  
abiit: mihi vero ex illa die non jam grata aqua.

## 306. ANTIPHILI.

Lignicidæ, desinite, certe ob naves. Non amplius pinus

## 304. PARMENIONIS.

Hunc qui naturæ rerum gravis omnia vertit,  
Qui velis terras, qui pede transit aquas,  
Sustinuit virtus hastis Spartana trecentis:  
Non vos, o montes, hoc pudet, et maria?

## 305. ANTIPATRI.

Iratus, quod aqua satiassem viscera purâ,  
Verba mihi Bromius talia dixit heri:  
Hostibus eveniat Veneris sopor ille, severe!  
Hippolytum nosti? talis et ille fuit:  
Ne patiaris idem, videas tibi. Dixit, abique;  
At mihi nequaquam postea dulcis aqua.

## 306. ANTIPHILI BYZANTII.

Ne posthac ratium silvæ scindantur in usus:

Tritores asinum currere cogis equos?  
Nonne sat est, quod ago tenebris damnatus in orbem  
Usque recursum pondera scabra molæ?  
Mene et equis certare jubes? an restat et illud,  
Ut collo, glebas inter, aratra traham?

## 302. ANTIPATRI.

Hermonacta favos obeuntem quærere, morti  
Infantem (rabies quanta) dedistis apes.  
Crebra peremerunt tenerum nam spicula corpus;  
Et vacat anginea de feritate queri?  
Discite quid sit apes ab Amyntore Lysidiceque,  
Dicent: est etiam mellis amarities.

## 303. ADDÆI.

Cum ferret catulis uterum Calathina tumentem,  
Quam faciles partus ecce Diana dedit!  
Audit non tantum muliebria vota, sed ipsas  
Venatus socias diligit ecce canes.

- κύματος, ἀλλ' ἤδη ῥινὸς ἐπιτροχάει·  
 γόμφος δ' οὐδ' ἔτι χαλκὸς ἐν δλκάσιν, οὐδὲ σιδήρος,  
 ἀλλὰ λίνω τοίγων ἀρμονίη δέδεσται.  
 5 Τὰς δ' αὐτὰς ποτὲ πόντος ἔχει νέας, ἄλλοτε γαῖα  
 πτυκτὸν ἀμαξίτην φόρτον ἀειρομένας.  
 Ἄργῳ μὲν προτέροισιν αἰοῖδιμος· ἀλλὰ Σαβίνῳ  
 καινότερην πῆξιαι Παλλὰς ἔνευσε τρόπιν.

## 307. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Φοῖβον ἀνηναμένη Δάφνη ποτὲ, νῦν ἀνέτειλεν  
 Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον·  
 ἐκ δὲ θεοῦ θεὸν εὗρεν ἀμεινονα· Λητοῖδην γὰρ  
 ἐχθράσα, θέλει Ζῆνα τὸν Αἰναιόδην.  
 Ῥίζαν δ' οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης.  
 Καίσαρι μὴ τίττειν οὐδὲ λίθος δύναται.

## 308. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Φοῖρος δ' εἰνάλοι Τυρσηνίδος ἀγγόθι δίνης  
 φορμικτὰν ἀκάτου θῆκαν ὑπεκθύβιον,  
 αὐτίκα μιν κιθάρῃ λιγυραχέϊ δέξατο δελφῖν  
 σύνθροον, ἐκ δὲ βυθοῦ νήχεθ' ἑλισσόμενος,  
 μέχρις ἐπ' Ἰσθμὸν ἐκέλεσε Κορινθίων. Ἦ ῥα θάλασσα  
 ἰχθύς ἀνθρώπων εἶχε δικαιότερους.

## 309. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Χειμέριον καίουσαν ἐφ' ἐστίῃ ἀνθρακα Ἰοργῶ  
 τὴν γρηὺν βροντῆς ἐξεπάταξε φόβος·  
 πνεύμονα δὲ ψυχθεῖσα κατήμυσεν. Ἦν ἄρα μέσση  
 γήρως καὶ θανάτου λειπομένη πρόφασις.

## 310. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ψῆγμα ἄπυρον χρυσοῖο σιδηρεῖων ὑπ' ὀδόντιον  
 ῥινηθέν, Λιβυκῆς κουρότερον ψαμάθου,  
 μῦς ὀλίγος βαρὺ δειπνὸν ἐδάσματο· πᾶσα δὲ νηδὺς  
 συρομένη βραδύπουον θῆκε τὸν ὠκύτατον.

Pro pinu corium jam maris æquor arat.  
 Non æs, non ferrum retinet contexta carinæ :  
 Sutilis ex lino vincula navis habet.  
 Una mari terraque valet; nam, currus et ipsa est,  
 Et terræ æquoreum per sola portat onus.  
 Argo fama vetus celebrat : majore Sabinus  
 Repperit ecce novam Palladis arte ratem.

## 307. PHILIPPI.

Cæsar ex ara fundit sua germina Daphne,  
 Quam frustra Phœbi sollicitarat amor;  
 Mutatus meliore Deo Deus : oderat olim  
 Latoiden : Latium nunc amat ecce Jovem.  
 Radicem non fundit humus, sed saxea moles :  
 Cæsaribus partum non negat ipse lapis.

## 308. BIANORIS.

Cum rabie sæva Tyrrhena per æquora furum

fluctum, sed jam corium percurrit.  
 non cuneus neque jam æs in navibus, nec ferrum,  
 sed-laterum compages ligata lino est.  
 Easdem nunc pontus habet naves, nunc terra  
 plicatile curruum onus, sublatas.  
 Argo quidem prioribus decantata; sed Sabino  
 magis-novam compingere Pallas annuit carinam.

## 307. PHILIPPI.

Phœbum quæ-repudiavit Daphne olim, nunc extulit  
 Cæsaris ex ara ramum nigricantem-foliis :  
 post deum vero deum invenit meliorem. Latonigenam enim  
 exosa, vult Jovem Æneaden.  
 Radicem autem non de terra matre misit, sed de petra.  
 Cæsari non parere ne lapis quidem potest.

## 308. BIANORIS.

Prædones quum maritimi, Tyrrhenum juxta vorticem,  
 modulatorem nave ejecerunt in-gurgitem,  
 illico eum citharâ argutâ excepit delphin  
 accinentem, et ex profundo natavit volvens,  
 donec ad Isthmum appulit Corinthium. Sane igitur mare  
 pisces hominibus habebat justiores.

## 309. ANTIPATRI.

Hibernum quum-ureret in foco carbonem, Gorgonem  
 anum fulguris mente-excussit pavor;  
 et pulmone frigefacta obiit. Erat igitur media  
 senectam inter et mortem reliqua causa.

## 310. ANTIPHILI BYZANTII.

Ramentum igne-non-tacti auri ferreis dentibus  
 limatum, Libyca levius arena,  
 mus parvulus gravem cœnam comedit : ac totus venter  
 quem gravem trahebat tardigradum fecit velocissimum.

In medias fidicen projiceretur aquas,  
 Protinus ex imo tollens se gurgite Delphin  
 Ipsum cum cithara dulce recepit onus;  
 Pervexitque Ephyres ad littora. Cernite! pisces  
 Æquor habet, superant qui pietate viros.

## 309. ANTIPATRI.

Urit in hiberno prunas dum tempore Gorgo,  
 Pavit anus subito mota tonante Jove;  
 Pulmonisque perit præ frigore : nempe senectæ  
 Et mortem limes tam brevis inter erat.

## 310. ANTIPHILI BYZANTII.

Ferreus a rutilo quod dens detriverat auro,  
 Quo levior Libyci non sit arena maris,  
 Exiguus mus edit onus grave; turguit alvus.  
 Et volucres quondam vix sinit ire pedes

5 Ληρθεὶς δ' ἐκ μεσάτης ἀνετέμνετο κλέμματα γαστρός·  
ἥς ἄρα κῆν ἀλόγοις, χρυσέ, κακοῦ πρόφασις.

## 311. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

᾽Οχεΐαις ἐλάφοισι κύων ἰσάμιλλα δραμούσα  
ἐγκυος, ἡλικώθη παιδοπόρον γένεσιν·  
πᾶσα δὲ συγκατέμυσε κατουλωθεῖσα χρόνοισιν.  
Ἦδη δ' ἡ τοκετῶν ὥριος ἦν βάσανος·  
πολλὰ δ' ἐπωρύουσιν ἀνὴρ ἐσιδηροτόμησεν,  
καὶ σκύλακες φίλιοι νηδύος ἐξέθορον.  
Ἄρτεμιδος λελυται λοχίων χάρις· ἔμπαλι δ' Ἄρης  
ἦρχται μαιουῖσθαι γαστέρα θηλυτέραις.

## 312. ΖΩΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

᾽Ωνερ, τᾶν βαλάνων τὰν ματέρα φεῖδες κόπτειν,  
φεῖδες· γηραλέαν δ' ἐκκεράτῃς πίτυν,  
ἡ πεύκαν, ἡ τάνδε πολυστέλεχον παλιούρον,  
ἡ πρίνον, ἡ τὰν αὐαλέαν κόμακρον·  
τηλόθι δ' ἴσχε δρυὸς πέλεκυν· κοχύαι γὰρ ἔλεξαν  
ἐμὶν ὥς πρότεραι ματέρες ἐντὶ δρύεσ.

## 313. ΑΝΥΤΗΣ ΜΕΛΟΠΟΙΟΥ.

Ἴκευ ἅπας ὑπὸ καλὰ ᾠφνας εὐθαλέα φύλλα,  
ὠραίους τ' ἄρυσαι νάματος ἀδὺ πόμα,  
ὄφρα τοι ἀσθμαίνοντα πόνοις θέρεος φίλα γυῖα  
ἀμπαύσης, πνοιῇ τυπτόμενα Ζεφύρου.

## 314. ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Ἐρμῆς τᾷδ' ἔστακα παρ' ὄρχατον ἡνεμόεντα  
ἐν τριόδοις, πολιᾶς ἐγγύθεν αἰόνος,  
ἀνδράσι κακμηῶσιν ἔχων ἀμπαυσιν ὁδοῖο·  
ψυχρὸν δ' ἀχραὲς κράνα ὑποτάχει.

## 315. ΝΙΚΙΟΥ.

Ἴκευ ὑπ' αἰγείροισιν, ἐπεὶ κάμες, ἐνθάδ', ὁδῶτα,  
καὶ πῖθ' ἄσπον ἰὼν πίδακος ἀματέρας·

Vir capit, et medio repetit de ventre rapinam :  
Ergo etiam brutis aurea gleba nocet.

## 311. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Cum cita certaret lepores deprendere cursu,  
Ulcera concepit parte satrice canis;  
Tempore contraxit sanies suffusa tumorem,  
Clausaque sit partus cum via, partus adest.  
Illa ululat, donec ferro vir scinderet alvum,  
Et catulis vitæ sic aperiret iter.  
Nil opus est posthac partus solvente Diana,  
Hoc siquidem Mavors occupat officium.

## 312. ZONÆ SARDIANI.

Glandiferum robur noli vexare, viator :  
Est quam concutias hic prope pinus anus,  
Est picea, est spinis surgens paliurus acutis,  
Illexque et cunctis arbutus aridior.

Captus autem e medio resectus-est furta ventre.  
Es igitur vel in brutis, o aurum, mali causa.

## 311. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Velocibus cervabus canis æquo-certamine quum-curreret  
uterum-ferens, vulnerata-est puerperum genitale,  
totaque occlusa-est cicatrice-obducta tempore.  
Jam vero partus maturum erat tormentum :  
ac valde ululantem vir ferro-secuit,  
et catuli cari e ventre exsilierunt.  
Dianæ jam soluta-est puerperii grata-opera ; rursus vero  
cœpit obstetricare ventrem feminis. [Mars]

## 312. ZONÆ SARDIANI.

O tu, glandium matrem parce incidere,  
parce ; annosam vero excide pinuta,  
aut piceam, aut hanc caudicosam paliurum,  
aut illicem, aut aridam arbutum ;  
at procul abstine a-quercu securim : antiqui enim dixerunt  
nobis-priores matres esse quercus.

## 313. ANYTÆ.

Sede omnis sub pulchris lauri bene-germinantibus foliis,  
formosoque hauri ex fonte dulcem potum,  
ut anhelantia laboribus æstatis cara membra  
quieti-des, flatu verberata Zephyri.

## 314. EJUSDEM.

Mercurius hic sto juxta viridarium ventosum  
in triviis, canum prope littus,  
viris fessis habens requiem viæ :  
frigidam undam autem intemeratam fons substrepat.

## 315. ΝΙΚΛΕ.

Conside sub alnis, quum-sis fessus, hic, viator,  
et bibe proprius accedens e-scaturigine nostra :

A quercu ferrum prohibe : si credere quicquam  
Fas aviis, hominum quercus et ipsa avia est.

## 313. ANYTÆ.

Quisquis es hæc lauri reside frondentis in umbra,  
Grataque de pulchro pocula fonte bibe :  
Solibus ut fessos artus pariterque labore  
Mulceat e zephyri frigore grata quies.

## 314. EJUSDEM.

## De Mercurio.

Adsto Mercurius ventum patientibus hortis  
In trivio, longe nec mihi littus abest.  
Si libet, hic fessos artus requiesce, viator :  
Subter fons gelidus, pigra susurrat aqua.

## 315. ΝΙΚΛΕ.

Populea (fessus namque es) requiesce sub umbra,  
Deque mea potum sume, viator, aqua :

μνῆσαι δὲ κράναν καὶ ἀπόπροθι, ἃ ἐπὶ Γάλλῳ  
Σίμος ἀποθιμένῳ παιδί παριδύεται.

## 316. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

ὦ τάνδε στείχοντες ἀταρπιτόν, αἶτε ποτ' ἀγροῦς  
δαμόθεν, αἶτ' ἀπ' ἀγρῶν νεῖσθε ποτ' ἀκρόπολιν,  
ἄμμες ὄρων φύλακες, δισσοὶ θεοί, ὧν ὁ μὲν, Ἑρμῆς,  
οἷον ὀρῆς μ', οὗτος δ' ἄτερος, Ἑρακλῆς·  
ἄμφω μὲν θνατοῖς εὐάχοι, ἀλλὰ ποθ' αὐτοῦς

αἶτ' ὠμὴς παραθῆς ἀχράδας, ἐγκέκαφεν·  
ναὶ μὰν ὥσαυτως τοὺς βοτρυας, αἶτε πέλονται  
ὄρμιμοι, αἶτε χύσαν ὀμφακες, εὐτρέπικεν.  
Μισῶ τὰν μετοχάν, οὐδ' ἡδομαι· ἀλλ' ὁ φέρων τι,  
ἄμφις, μὴ κοινᾷ, τοῖς δυοῖ παρτιθέτω,  
καὶ λεγέτω· « τὴν τοῦθ', Ἑράκλειες »· ἄλλοτε, « τοῦτο  
« Ἑρμῆς »· καὶ λύοι τὰν ἔριν ἀμφοτέρων.

## 317. ΑΔΗΑΟΝ.

α. Χαίρω τὸν λακόρυζον ὄρων θεὸν εἰς τὸ φάλανθον  
βρέγμ' ὑπὸ τᾶν ὄγνων, αἰπόλε, τυπτόμενον.  
β. Αἰπόλε, τοῦτον ἐγὼ τρίς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι  
εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἐβάτευν. [Ἑρμῆν,  
γ. Ὅντως σ', Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικεν; α. Οὐ μὰ τὸν  
αἰπόλε. β. Ναὶ τὸν Πᾶν, αἰπόλε, κάπιγελῶν.

## 318. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εὐμάραθον πρηῶνα καὶ εὐσκάνδικα λελογχῶς,  
Ἑρμῆ, καὶ ταύταν, \* ἃ φίλος, αἰγίβοσιν,  
καὶ λαχανηλόγῳ ἔσσο καὶ αἰγινομητὶ προσηγής·  
ἔξεις καὶ λαχάνων καὶ γλάγεος μερίδα.

## 319. ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ.

Τληπόλεμος ὁ Μυρεὺς Ἑρμῆν ἀφετήριον ἔρμα  
ἱεροδόμοις θῆκεν παῖς ὁ Πολυκρίτεω,  
δὶς δέκ' ἀπὸ σταδίων ἐναγώνιον· ἀλλὰ πονεῖτε,  
μαλθακὸν ἐκ γονάτων ὄκνον ἀπωσάμενοι.

## 320. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εἰπέ ποτ' Εὐρώτας ποτὶ τὰν Κύπριν· « Ἡ λάβε τεύχη,

Sisque memor fontis longe quoque, flebile Gilli  
Ad bustum Simus quem pater apposuit.

## 316. LEONIDÆ.

Heus quibus hac iter est, seu vos rus mittit in urbem,  
Seu vos deliciæ ruris ab urbe vocant,  
Finibus appositi duo Di sumus, ipse ego Maia  
Filius : alter hic est Amphitryoniades.  
Ambo boni vobis : inter nos non ita : quippe  
Huc si forte pirum quis tulit, ille vorat.  
Non aliter tractat quæcumque invenerit uvam,  
Seu mat ira salis, seu male cocta datur.

meminerisque fontem etiam longius, ad quam Gillo  
Simus extincto filio a-latere-positus est.

## 316. LEONIDÆ TARENTINI.

O qui hanc vaditis viam, seu ad agros  
e-civitate, seu ab agris reditis ad arcem, [rius  
nos finium custodes, bini dii, quorum unus sum Mercu  
qualem vides me, ille vero alter, Hercules : [ter nos  
ambo quidem mortalibus faciles-præbemus-aures, sed in

sive acerba apposueris pira-silvestria, statim devorat;  
næ profecto perinde uvas, sive sint  
maturæ, sive promiscue immaturæ, statim-expedit.  
Odi participationem, neque ea lætor : sed qui fert aliquid,  
seorsim, non in-commune, duobus apponat,  
et dicat : « Tibi hoc, o Hercules » ; rursus : « Hoc  
« Mercurio » ; et componat litem utrorumque.

## 317. INCERTI.

a. Gaudeo mucidum videns deum in calvo  
sincipite a pirastris, o caprari, verberatum.  
b. Caprari, hunc ego ter pædicavi : et hirci  
me intuentes capreas inibant. [per Mercurium,  
c. Revera te, o Hermaphrodite, hic pædicavit ? a. Non  
caprari. b. Næ per Pana, caprari, atque ridens.

## 18. LEONIDÆ.

Feracem-sœniculi collem et oleris sortite,  
Mercuri, et hæc uberrima caprearum pascua  
et olitori sis et caprario benignus :  
habebis et olerum et lactis partem.

## 319. PHILOXENI.

Tlepolemus Myrensis Mercurium, emissionis terminum  
sacris-cursoribus posuit filius Polycritæ,  
bis dena in stadia ludorum-præsidem : sed laborate,  
mollem e genibus torporem expellentes.

## 320. LEONIDÆ TARENTINI.

Dixit quondam Eurotas Cypriidi : « Aut cape arina,

Hunc socium me posse pati nego, sed dare si quis  
Quid cupiat, ne det, quæso, duobus idem.  
Hoc tibi sume nepos Atlantis, et hoc tibi, dicat,  
Alcide. Sic lis non erit ulla super.

## 319. PHILOXENI.

Mercurium locat hic, ubi sunt exordia cursus,  
Policratis, patria est cui Myra, Tlepolemus,  
Viginti ut præsit stadiis. Contendite : dignus  
Est labor : abscedant otia de genubus.

## 320. LEONIDÆ TARENTINI.

Arma fer, Eurotas ait, o Cytheræa, vel exi

« ἢ ἔστι τῆς Σπάρτας ἡ πόλις ὀπλομανεῖ. »  
 Ἄ δ' ἀπαλὸν γελάσασα, « Καὶ ἔσσομαι αἰὲν ἀτευχῆς, »  
 εἶπε, « καὶ οἰκήσω τὴν Λακεδαιμονίαν. »  
 5 Χάμιν Κύπρις ἀνοπλος· ἀναιδέες, οὐδὲ λέγουσιν  
 ἱστορες, ὥς αἰὲν ἡ θεὸς ὀπλοφορεῖ.

## 321. ANTIMACHOI.

Τίπτε, μόθων ἀτλήτος, Ἐνυαλίῳ λέλογχας,  
 Κύπρι; τίς δ' ψεύστας στυγνὰ καθ᾽ ἑσέ με μάτην  
 ἔντεα; σοὶ γάρ Ἐρωτες ἐφίμεροι, ἔτε κατ' εὐνὰν  
 τέρψις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι.  
 Δούρατα δ' αἱματόεντα κάθες Τριτωνίδι δίῃ  
 ταῦτα· σὺ δ' εὐχαίταν εἰς Ἑμέναιον ἴθι.

## 322. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Οὐκ ἔμα ταῦτα λάφυρα· τίς δ' θριγκοῖσιν ἀνάψας  
 Ἄρης ταῦταν τὴν ἄχαριν χάριτα;  
 ἀθλαστοὶ μὲν κῶνοι, ἀναίμακτοι δὲ γανῶσαι  
 ἀσπίδες, ἀκλαστοὶ δ' αἱ κλαδαὶ κάμακες.  
 5 Αἰδοὶ πάντα πρόσωπ' ἐρυθαίνουμαι, ἔτε δὲ μετώπῳ  
 ἰδρὸς πιδῶν στήθος ἐπισταλάει.  
 Παστάδα τις τοιοῖσδε καὶ ἀνδρείῳ καὶ αὐλᾷ  
 κοσμεῖτω καὶ τὸν νυμφίδιον θάλαμον·  
 Ἄρεως δ' αἱματόεντα διωξίπποιο λάφυρα  
 10 νηὸν κοσμοῖη· τοῖς γὰρ ἀρεσκόμεθα.

## 323. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τίς θέτο μαρμαίροντα βοάγρια; τίς δ' ἀφόρυκτα  
 δοῦρατα, καὶ ταύτας ἀβράγχεις κόρυθας,  
 ἀγκρεμάσας Ἄρηι μιάστορι κόσμον ἄκοσμον;  
 Οὐκ ἀπ' ἐμῶν ῥίψει ταῦτά τις ὅπλα δόμων;  
 ἀπολέμων τάδ' εἴκειν ἐν οἰνόπλῃ τεράμνοις  
 πλάθειν, οὐ θριγκῶν ἐντὸς Ἐνυαλίου.  
 Σκυλά μοι ἀμφίδρυπτα, καὶ ὀλλυμένῳ ἄδε λύθρος  
 ἀνδρῶν, εἴπερ ἔφυν ὁ βροτολογὸς Ἄρης.

De Sparta : nihil hæc urbs nisi bella colit.  
 Subridens leviter Venus, Et Lacedæmone vivam,  
 Dixit, et ut nunc sum, semper inermis ero.  
 Nuda Venus dominatur et hic, sed, natio mendax,  
 Historici fingunt arma tenere Deam.

## 321. ANTIMACHI.

De Venere.

Car insueta capis Martis Cytherea labores?  
 Quis teneræ mendax tam dat acerba Deæ?  
 Arma tibi strepitus crotalorum mollis, amorque  
 Pervigil, et placidi gaudia multa tori.  
 Sanguine manantes hastas transcribe Minervæ:  
 I tu, quo carmen conjugiale vocat.

## 322. LEONIDÆ TARENTINI.

Hæc spolia haud mea sunt, quis enim de pariete Martis  
 Munera suspendit non placitura Deo?

ANTHOLOGIA II.

« aut exi Sparta : hæc urbs arma-unice-amat. »  
 Illa autem molle ridens, « Et ero usque inermis, »  
 inquit, « et habitabo Lacedæmoniam, »  
 Et nobis Cypris inermis est : protervi, minime vero dicunt  
 scientes, quod nobis etiam hæc dea arma-gerit.

## 321. ANTIMACHI.

Quid, belli-laborum intolerans, Mavortem scortita-es,  
 o Cypri? quis mendax invisæ tibi adaptavit frustra  
 arma? tibi enim Amores jucundi sunt et in-cubiculo  
 voluptas, et crotalorum seminarum-amore-insanientes  
 Hastas vero cruentas dimitte Tritonidi divæ [strepitus  
 hæcce : tu autem bene -comatum Hymenæum adi.

## 322. LEONIDÆ TARENTINI.

Non mea sunt hæc spolia : quis summis-tectis affixit  
 Martis hanc ingratam gratiam?  
 inquassatæ sunt galeæ, incruentique et splendentes  
 clypei, infractæque hæc fragiles lanceæ.  
 Pudore totum os rubeo, atque e fronte  
 sudor saliens in-pectus stillat.  
 Thalamum-nuptialem quispiam talibus et conclave-virorum  
 ornato et sponsale cubiculum : [et aulam  
 Martis vero cruenta equos-persequentis spolia  
 ædem ornament : in-his enim nobis-placemus.

## 323. ANTIPATRI.

Quis posuit fulgentia scuta? quis vero intemeratas  
 lanceas, et has infractas galeas,  
 suspendens Marti homicidæ decus indecorum?  
 Nonne a meis abjiciet hæc quispiam arma ædibus?  
 Imbellium hæc decet vinolentis tabernis  
 inferri, non summa intra tecta Mavortis.  
 Spolia mihi circumcirca-laniata, et pereuntium placet cruor  
 virorum, si modo sum hominibus-exitium-ferens Mars.

Illæse galeæ : clypei sine sanguine fulgent,  
 Fragminibus nullis dissiliere sudes.  
 Hæc ego cum video, vultum pudor occupat, inque  
 Pectora dejectus manat ab ore liquor.  
 Qui volet, his donis cœnacula lauta, vel aulam  
 Instruat, aut thalamum, quem nova nupta subit;  
 Ad sacra Gradivi stillantes sanguine ferte  
 Exuvias : hæc nos, hæc bona sola juvant.

## 323. ANTIPATRI.

Scuta quis hic posuit splendentia, quis sine sorde  
 Spicula? cur nusquam vulnera cassis habet?  
 Indecori cultu Martem decorasse putastis:  
 Nemone has nugas tollet ab æde mea?  
 Hæc juvenum poterant tabulata madentia vino,  
 Non bellatoris tecta decere Dei.  
 At mihi perfossus thorax, saniesque virorum  
 Dulcia, si merito Mars homicida vocor.

## 324. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἄ σῦριγξ, τί μοι ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρουσας;  
τίπτ' ἀπὸ ποιμενίου χεῖλος ὧδε πάρει;  
Οὐ τοι πρῶνες ἐθ' ὧδ' οὐτ' ἀγκυα, πάντα δ' ἔρωτες  
καὶ πόθος· ἃ δ' ἀγρία Μοῦσ' ἐν ὄρει νέμεται.

## 325. ΑΔΗΛΟΝ.

Πρὶν μὲν ἀλικλῦστου πέτρας ἐνὶ βένθεσιν ἦμαν  
εὐαλδὲς πόντου φύκος ἀπαινυμένα·  
νῦν δέ μοι ἱμερόεις κολπῶν ἐντοσθεν ἱαύει  
λάτρης ἔυστεφάνου Κύπριδος ἀδρὸς Ἑρώς.

## 326. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Πέτρης ἐκ δισσοῆς ψυχρὸν κατεπάλμενον ὕδωρ,  
χαίροις, καὶ Νυμφῶν ποιμενικὰ ξόανα,  
πίστραι τε κρηνῶν, καὶ ἐν ὕδασι κόσμια ταῦτα  
ὕμεων, ὧ κοῦραι, κούρια τεγγόμενα,  
χαίρετ'· Ἀριστοκλῆς δ' ὅδ' ὁδοιπόρος, ὥπερ ἀπῶσα  
δίψαν βαψάμενος τοῦτο ζίδωμι κέρας.

## 327. ΕΡΜΟΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Νύμφαι ἐφυδριάδες, ταῖς Ἑρμοκρέων τάδε δῶρα  
εἴσατο, καλλινάου πίδακος ἀντιτυχῶν,  
χαίρετε, καὶ στείβοιτ' ἐρατοῖς ποσὶν ὑδατόεντα  
τόνδς δόμον, καθαρὸν πιμπλάμεναι πόματος.

## 328. ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Νύμφαι Νηϊάδες, καλλιῤῥοον αἱ τόδε νῆμα  
χεῖτε κατ' οὐρεῖου πρῶνός ἀπειρίσιον,  
ὑμῖν ταῦτα πόρεν Δαμόστρατος Ἀντίλα υἱὸς  
ξέσματα, καὶ δοῖων ῥινὰ κάπρων λάσια.

## 329. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Νύμφαι ἐφυδριάδες, Δόριου γένος, ἀρδεύετε  
τοῦτον Τιμοκλέους χάπον ἐπεσσύμεναι·  
καὶ γὰρ Τιμοκλῆς ὑμῖν, κόραι, αἰὲν ὁ καπεὺς  
κάπων ἐκ τούτων ὥρια δωροφορεῖ.

## 330. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

α. Κράνας εὐδῶρου παρὰ νάμασι καὶ παρὰ Νύμφαις,  
εἴτασέν με Σίμων, Πᾶνα τὸν αἰγιπόδην. [κράνας  
β. Τεῦ δὲ χάριν; α. Λέξω τοι· ὅσον ποθέεις [δ'] ἀπὸ  
καὶ πίε, καὶ κοίλαν κάλπιν ἐλὼν ἄρυσαι·  
β. ποσοὶ δὲ μὴ ποτὶ νίπτρα φέρειν χρυστάλλινα Νυμφῶν

## 324. ΜΝΑΣΑΛΚΕ.

O fistula, quid mihi huc ad Spumigenam irruisti?  
quid a pastorali labro huc ades? [sed omnia amores  
Non utique montium-cacumina etiam hic sunt nec valles,  
et cupido : agrestis vero Musa in saltu versatur.

## 325. INCERTI.

Olim quidem mari-lavati scopuli in cavitatibus sedebam  
bene-crescentem ponti ulvam decerpens;  
nunc autem mihi desiderabilis intra sinum dormit  
famulus bene-coronatus Cypridis mollis Amor.

## 326. LEONIDÆ TARENTINI.

Petra e duplici frigida desiliens aqua,  
salve, et Nympharum pastoritia signa,  
et aquationes fontium, et in aquis pupæ hæ  
vestræ, o puellæ, puellares humectatæ.  
salvete. Vobis Aristocles ego viator, quo pepuli  
sitim immerso hocce dedico cornu.

## 327. HERMOCREONTIS.

Nymphæ aquarum-dominæ, quibus Hermocreon hæc dona  
posuit, in pulchre-fluentem scaturiginem incidens,  
salvete, et calcate amabilibus pedibus aquosam  
hanc domum, puro plenæ potu.

## 328. DAMOSTRATI.

Nymphæ Naiades, pulchre-fluentem quæ hunc liquorem  
funditis de montano cacumine infinitum,  
vobis hæc præbuit Damostratus, Antilæ filius,  
signa, et binorum pelles caprorum villosas.

## 329. LEONIDÆ TARENTINI.

Nymphæ aquarum-dominæ, Dori genus, irrigate  
hunc Timoclis hortum currentes :  
etenim Timocles vobis, puellæ, usque hortulanus  
hortis ex hisce tempestiva munera-fert.

## 330. NICARCHI.

a. Fontis limpidissimi juxta fluente et juxta Nymphas  
posuit me Simo, Pana capripedem.  
b. Quare vero? a. Dicam tibi. Quantum cupis e fonte  
et bibe, et cava urna sumpta hauri;  
pedibus vero ne in balnea feras crystallina Nympharum

## 324. MNASALCÆ.

## Ad Venerem.

Fistula quid facis hic? quid Cypridis ora petisti?  
Quid tibi pastorum linquere labra fuit?  
Non juga, non valles hic sunt, sed amoris amœnæ  
Deliciæ : saltus rustica Musa cupit.

## 327. HERMOCREONTIS.

## Ad Nymphas.

Naïdes, Hermocreon isto quas munere donat  
Manantis vitreo fonte repertor aquæ,  
Vivite, et huc placidos gressus afferte, nec istam  
Destituant unquam pocula pura domum.

ὄψα, τὸν ὕβριστάν εἰς ἐμὲ δερκόμενος.  
β. Ὡ σέμν', οὐ λήξεις ἕτερον λόγον; α. Ἀλλὰ παρῆξαις  
πυγίζαι· τοῦτοίς χρῶμαι δὲ Πάν νομίμοις.  
Ἦν δὲ ποιῆς ἐπίτηδες, ἔχων πάθος, ἔστι καὶ ἄλλα  
10 τέχνα· τῷ ῥοπαλῷ τὰν κεφαλὰν λέπομες.

## 331. MELEAGROY.

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, δὲ' ἐκ πυρὸς ἤλαθ' ὁ κοῦρος,  
νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.  
Τοῦνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἦν δὲ νιν εἶργης  
μίσεσθαι, δέξῃ πῦρ ἐτι καϊόμενον.

## 332. NOSSIDIOS ΛΕΣΒΙΑΣ.

Ἐλθοῖσαι ποτὶ ναὸν ἰδῶμεθα τὰς Ἀφροδίτας  
τὸ βρέτας, ὥς χρυσῷ δαιδαλέον τελέθει.  
Εἶσατό μιν Πολυαρχίς, ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν  
κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγαθίας.

## 333. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Στῶμεν ἀλιβράντοιο παρὰ χθαμαλὰν γῆν \* πόντου,  
δερκόμενοι τέμενος Κύπριδος Εἰνάλιας,  
κράναν τ' αἰγείροιο κατὰσκιον, ὅς ἀπο νῆμα  
ξουθαὶ ἀφύσσονται χεῖλεσιν ἀλκυόνες.

## 334. ΠΕΡΣΟΥ.

Κάμει τὸν ἐν μικροῖς ὀλίγον θεὸν ἦν ἐπιθώσης  
εὐκαίρως, τεύξη· μὴ μεγάλων δὲ γλίχου.  
Ὡς δ' τι δημότερων δύναται θεὸς ἀνδρὶ πενέστη  
δωρεῖσθαι, τούτων κύριός εἰμι Τύχων.

## 335. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ἰ' λοφόρου τῷγαλμ' ἀφ', ὀδοιπόρε, Μιτχαλιῶνος·  
Ἐμῆς δ' ἄλλ' ἰδε τὸν κρήγυνον ὑλοφόρον,  
ὡς ἐξ οἷζυρῆς ἡπίστατο δωροδοκῆσαι  
ἐργασίας· αἰὲν δ' ὧ' γαθός ἐστ' ἀγαθός.

## 336. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ἡρώς Αἰετίωνος Ἐπίσταθμος Ἀμφιπολίτῃ

## 331. MELEAGRI.

Ignibus enatum Nymphæ lavere lyæum :  
Multus erat circum fumida membra cinis.  
Nunc quoque cum Nymphis Liber bonus ; absit ab illis,  
Fervet adhuc : venas imbuet igne suo.

## 332. NOSSIDIS.

De Venere.

Intremus templum ; spectanda est Cypridos illic  
Effigies, auro quæ variata nitet.  
A lepida munus Poliarchide, cui sua forma  
Corporis haud parvas conciliarit opes.

## 333. MNASALCÆ.

De Venere marina.

Stamus in humenti, mare quam perfundit, arena,  
Et tua miramur templa, marina Venus,

dona, procacem in me oculos-conjiciens. [præbebis  
b. O superciliose, non dices alterum sermonem? a. At  
Ἐς γάμον \* ἔξευξέν με νεοζεύκτοιο Προκίλλης  
τὸν νυμφῶν θαλάμοις αἰὲν αἰδόμενον,  
εὐζάμενος τάδε Μῆνις ὁ κωμικός· « ὦ Ὑμέναιε,  
« ἔρχεο καὶ νύμφῃ καὶ γαμέοντι φίλος ».

## 515. AΛΛΟ.

Τρεῖς εἰς αἱ Χάριτες· σὺ δὲ δὴ μία τῆς τριῶν ταύταις  
γεννήθης, ἵν' ἔχῃς αἱ Χάριτες Χάρिता.

## 516. KRINAGOROU.

« Ἐρδοὶ τὴν ξμαθέν τις, » ὅπου καὶ ὑπ' Ἀλπίας  
ληῖστα λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς, [ἄκρας  
φωρῆς ἀπτόμενοι, φύλακας κύνας ὧδ' ἀλέονται·  
χρίονται νεφροῖς πῖαρ ἔπεστιν ὅσον,  
ψευδόμενοι ῥινῶν δ' ὅζον στίβον. ὦ κακὸν εὐρεῖν  
ῥήϊτεροι Λιγύων μῆτις ἢ ἀγαθόν.

## 517. ANTIPATROU ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚ.

Ὅρφεός θῆρας ἔπειθε, σὺ δ' Ὅρφέα· Φοῖβος ἐνίκῃ  
τὸν Φρύγα, σοὶ δ' εἶκει μελπομένη, Γλάφυρε,  
οὖνομα καὶ τέχνης καὶ σώματος. Οὐ κεν Ἀθήνη  
ἔβριψεν λωτοὺς τοῖα μελιζομένη,  
οἷα σὺ ποικιλοτερπές· ἀρυπνώσαι κεν ἀκούων  
αὐτὸς Πασιθέης ὕπνος ἐν ἀγκάλισιν.

## 518. ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Μακύνου τείγῃ, Ζεῦ Ὀλύμπιε, πάντα Φιλίππου  
ἀμπατά· χαλκείας κλείε πύλας μακάρων.  
Χθὼν μὲν δὴ καὶ πάντος ὑπὸ σκήπτροισι Φιλίππου  
δέδμηται· λοιπὰ δ' ἅ πρὸς Ὀλυμπον ὁδός.

## 519. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πίομαι, ὦ Ληναῖε, πολλὸ πλεόν ἢ πῖε Κύκλωψ  
νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων·  
πίομαι. Ὡς ὄφελόν γε καὶ ἔγκραρον ἐγὼ τοῦ ἀράζα

laboriosi, stylis monstratos recessus sermonum,  
principis Ausoniorum magister, propitius esto.

## 513. CRINAGORÆ.

Dramatibus in multis excelluisti, quotquot Menander  
scripsit, vel Musarum cum una, vel Gratiarum.

## 514. ALIUD.

In nuptias junxit me recens-junctæ Procillæ,  
nympharum thalamis usque celebratum,  
precatus hæc Menis comicus : « O Hymenæe,  
veni nymphæ et ducenti amicus. »

## 515. ALIUD.

Tres sunt Gratiæ : tu vero sane una tribus his  
nata-es, ut habeant Gratiæ Gratiā.

## 516. CRINAGORÆ.

« Faciat quam didicit quis *artem* », quando et sub Alpibus  
prædones hirtis circumcomati capitibus, [summis  
latrocinium aggredientes, custodes canes sic vitant :  
unguntur pingui renibus quantum insidet,  
fallentes narium acre vestigium. Proh ! malum invenire  
promptiores Ligurum mentes quam bonum.

## 517. ANTIPATRI THESSALONIC.

Orpheus feras mulcebat, tu vero Orpheā; Phœbus vicit  
Phrygem, tibi autem cessit canenti, o Glaphyre,  
nomen *verum* et artis et corporis. Minerva non  
projecisset tibias, talia si-modularetur,  
qualia tu, o varie-mulcens : obdormiscat *te* audiens  
ipse Somnus Pasithecæ in ulnis.

## 518. ALCÆI MESSENI.

Macyni *urbis* muri, o Jupiter Olympie, omnes Philippo  
scansiles; *jam* œneas claude portas beatorum.  
Tellus quidem sane et pontus sub sceptris Philippi  
domita-sunt; reliqua *est* autem ad Olympum via.

## 519. EJUSDEM.

Bibam, o Lenæe, inulto plus quam bibebat Cyclops  
ventrem humanis postquam-impleverat carnibus : [sum  
bibam. O utinam utique et cum-cerebro inimici excus-

## 515. INCERTI.

Gratia trina, sed his tu de tribus orta fuisti,  
Ut tribus una foret gratia grata magis.

## 516. CRINAGORÆ.

Vis eadem vestra est, Ligures, quæ naris odoræ;  
Prompta malum potius quam reperire bonum.

## 517. ANTIPATRI.

Orpheus ante feras, sed tu nunc Orpheā mulces,  
Et Phryga qui vicit, cedit Apollo tibi,  
O Glaphyra tam re quam nomine : credo, nec esset  
Palladia quondam tibia jacta manu,

Tam bene si caneret, tua quam canit : audiat istam,  
Pasithecæ in gremio dormiet ipse Sopor.

## 518. ALCÆI MESSENI.

Macyni portas potuit superare Philippus :  
Juppiter, ætheriis obdere claustra, tuum est.  
Cum mare, cum tellus agnoscant sceptris Philippi,  
Quid præter cæli restat inire viam?

## 519. ALCÆI.

Plus ego, Bacche, bibo, quam vasto corpore Cyclops.  
Sumsit ab humana cum sibi carne dapes.  
Quum bibo, tum vellem sceleratum hostile cerebrum

βρέγμα Φιλίππειος ἐξέπιον κεφαλῆς!  
 ὅσπερ ἑταιρείοιο παρὰ χρητῆρι φόνοιο  
 γεύσατ', ἐν ἀκρίτῳ φάρμακα χευάμενος.

520. AΛΛΟ.

Ἀλκαίου τάφος οὗτος, ὃν ἔκτανεν ἡ πλατύφυλλος  
 τιμωρὸς μοιχῶν γῆς θυγάτηρ βράφανος.

521. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Σαπφῶ παρὰ τῶν Μουσῶν.

Οὐκ ἄρα σοί γε δλιζον ἐπὶ κλέος ὥπασε Μοῖρα  
 ἡματι, τῷ πρώτῳ φῶς ἴδες ἀελίου,  
 Σαπφῶ· σοὶ γὰρ ῥῆσιν ἐνεύσαμεν ἄφθιτον εἶμεν,  
 σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεύσεν ἑρσφάραγος·  
 μέλψεται ἐν πάντεσσιν αἰοῖδιμος ἀμερίοισιν,  
 οὐδὲ κλυτὰς φάμας ἔσσειαι ἡπεδανά.

522. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἰλιάς, ὃ μέγα ἔργον, Ὀδυσσεΐς τε τὸ σῶφρον  
 γράμμα, τὸ καὶ Τροίῃ θῆκεν ἴσῃν Ἰθάκην,  
 τὸν με γέροντ' αὖτοισι' ἐς αἰὲν νέον· ἡ γὰρ Ὀμήρου  
 σειρὴν ὑμετέρων ρεῖται ἀπὸ στομάτων.

523. ΑΔΗΛΟΝ.

Καλλιόπη πολύμυθε μελίσσοδότου Ἑλικῶνος,  
 τίχτε μοι ἄλλον Ὀμηρον, ἐπεὶ μὲν ἄλλος Ἀχιλλεύς.

524. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἕμνος εἰς Διόνυσον.

Μῆλπωμεν βασιλῆα φιλεῖον, εἰραφώτην,  
 Ἀβροκόμην, ἀγορῆον, αἰοῖδιμον, ἀγλαήμορπον,  
 Βοιωτὸν, βρόμιον, βακχεύτορα, βοτρυοχαίτην,  
 Γηρόσυτον, γονόνετα, γιγαντολέτην, γελώοντα,  
 Διογενῆ, δίγονον, διθυραμβογενῆ, Διόνυσον,  
 Εὖτον, εὐχαίτην, εὐάμπελον, ἐγρεσίκοιμον,  
 Ζηλαῖον, ζάχολον, ζηλήμονα, ζηλοδοτῆρα,  
 Ἥπιον, ἡδυπότην, ἡδύθορον, ἡπεροπῆα,  
 Θυρσοφόρον, Θρήϊκα, θιασώτην, θυμολέοντα,  
 Ἰνδολέτην, ἱμερτὸν, ἱοπλόκον, ἱραφιώτην,  
 Κωμαστήν, κεραὸν, κισσοστέφανον, κελαδινόν,  
 Λυδὸν, ληναῖον, λαθικηδέα, λυσιμέριμον,  
 Μύστην, μαινώλιον, μεθυδύτην, μυριόμορπον,  
 Νυκτέλιον, νόμιον, νεβρώδεα, νεβριδόπεπλον,

sinciput Philippici ebiberem capitis!  
 qui amicorum juxta cratera sanguinem  
 gustavit, mero venena postquam-infudit.

520. ALIUD.

Alcæi tumulus hicce, quem interemit latis-fulta-foliis  
 castigatrix mæchorum telluris filia rapa.

521. ANONYMI.

In Sappho ex Musarum persona.

Non sane tibi exiguum decus præbuit Parca  
 die quo primo lucem vidisti solis,  
 Sappho. Tibi enim loquelam annuimus ut sempiterna sit,  
 unaque pater omnium annuit late-sonans;  
 celebraberis in omnibus cantu-digna hominibus,  
 neque inclytæ famæ eris expers.

522. ANONYMI.

Ilias, o magnum opus, Odysseæque casta  
 scriptio, quæ et Trojæ fecit æqualem Ithacem,  
 me senem augæalis usque juvenem: nam Homeri  
 Siren vestris funditur ab oribus.

523. INCERTI.

Calliope facundissima apes-pascentis Heliconis, [les.  
 parturi mihi alium Homerum, quando venit alius Achil-

524. ANONYMI.

Hymnus in Dionysum.

Canamus regem qui amat Euoe, insuticium,  
 molli-coma, agrestem, decantatum, splendida-forma,  
 Bæotium, frementem, bacchatorem, racemis-comatum,  
 hilarem, fecundum, giganticidam, ridentem,  
 Jove-natum, bis-genitum, dithyrambo-genitum, Dionysum,  
 Evium, bene-comatum, felicem-vineis, comissatorem,  
 æmulum, iracundum, zelo-plenum, zeli-datorem, [torem,  
 blandum, suaviter-potantem, suaviter-sonantem, decep-  
 thysigerum, Thracium, choros-cientem, animo-leonino,  
 Indiæ-victorem, desiderabilem, violas-nectentem, insutum,  
 comissatorem, cornutum, hedera-cinctum, strepentem,  
 Lydum, torcularium, curas-oblivioni-dantem et solven-  
 mystem, furentem, vini-datorem, infinitis-formis, [tem,  
 nocturnum, pastorem, hinnuli-pelle-indutum ut pallio,

Omne Philippeo sugere de capite.  
 Ille etenim mensas et pocula cæde sodalis  
 Polluit, infundens mixta venena mero.

523. [ΔΙΟΝΥΣΙΣ.]

Calliope, quæ dulce sonas Heliconis in umbra,  
 Fac sit ut alter Homerus; adest en alter Achilles.

524. ANONYMI HYMNUS

in Bacchi honorem.

Dux bone Bassaridum, tibi quæ cantabimus, audi.  
 Altor, amorivictor, amabilis, aureicornis,  
 Blande, benigniloquens, Bæote, binate, bimater,

Crapulifex, cornute, Corymbitenens, celebrate,  
 Dulcis, dulciloquens, dithyrambice, deliciasior,  
 Erro, Erronidocens, Eleleu, Evan, Epulator,  
 Flavicomans, furiose, ferax, femorinsite, fallax,  
 Gaudens, gaudiipor, Gigantilus, Genialis,  
 Hastiger, hospitamans, hederambite, Hymen, Hymenææ,  
 Ignigena, indetonse, juvans, jactator, Iacche,  
 Lyde, Lycurgidomans, Liber, Læmæ, Lyæe,  
 Mysta, madens, mollis, mentirrupa, magnanimator,  
 Nubifugans, Nyseu, noctambulo, nebridipor,  
 Ogygie, Orgiamans, Omesta, occultidolori,

- 15 Ξυστοβόλον, ξυνόν, ξενოდώτην, ξανθοκάρηνον,  
 Ὀργίλον, ὀβριμόθυμον, ὀρέσκιον, οὔρεσιφοίτην,  
 Πουλυπότην, πλαγυχτήρα, πολυστέφανον, πολύκωμον,  
 Ῥηξίνοον, ραδινόν, ρικνώδεα, ρηνοφορήα,  
 Σκιρτητόν, Σάτυρον, Σεμεληγενέτην, Σεμελῆα,  
 20 Τερπνόν, ταυρωπόν, τυρβήνολέτην, ταχύμηνιν,  
 Ὑποφόβην, ὑγρόν, ὑμενήϊον, ὑλήεντα,  
 Φηρομανῆ, φρικτόν, φιλομειδέα, φοιταλιώτην,  
 Χρυσόκερων, χαρίεντα, χαλῖφρονα, χρυσεομίτρην,  
 Ψυχόπλανῆ, ψεύστην, φοφομήδεα, ψυχόδαικτῆν,  
 25 Ὠρίον, ὠμωστήν, ὠρεΐτροπον, ὠρεσίδουπον.  
 Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύϊον, εἰραφιώτην.

## 525. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα.

- Ὑμένωμεν Παιᾶνα μέγαν θεόν Ἀπόλλωνα,  
 Ἀμβροτον, ἀγλαόμορφον, ἀερσεκόμην, ἀδροχαίτην,  
 Βριθύνοον, βασιλῆα, βελεσσιχαρῆ, βιοδώτην,  
 Γηθόσυον, γελώνντα, γιγαντολέτην, γλυκύθυμον,  
 5 Διογενῆ, Διόπαιδα, δρακοντολέτην, δαφνογηθῆ,  
 Εὐλάλον, εὐρυδίην, ἐκατηδόλον, ἐλπιδοδώτην,  
 Ζωογόνον, ζάθεον, ζηνόφρονα, ζηλοδοτῆρα,  
 Ἥπιον, ἡδυεπῆ, ἡδύφρονα, ἡπιόχειρα,  
 Θηροφόνον, θαλερόν, θελξίφρονα, θελγισίμυθον,  
 10 Ἰαφέτην, ἱμερτόν, ἱήϊον, ἱπποκορυστήν,  
 Κοσμοπλόκον, Κλάριον, κρατερόφρονα, καρπογένεθλον,  
 Λητογενῆ, λαρόν, λυρογηθέα, λαμπετόνντα,  
 Μυστιπόλον, μάντιν, μεγαλήτορα, μυριόμορφον,  
 Νευροχαρῆ, νοερόν, νηπενθέα, νηφαλιῆα,  
 15 Ξυνοχαρῆ, ξυνόν, ξυνόφρονα, ξυνοδοτῆρα,  
 Ὀλβιον, ὀλβιοεργόν, Ὀλύμπιον, οὔρεσιφοίτην,  
 Προῦν, πανδερκῆ, παναπήμονα, πλουτοδοτῆρα,  
 Ῥυσίπονον, ροδόχρουν, ρηξήνορα, ρηξικέλευθον,  
 Σιγαλόεντα, σοφόν, σελαηγενέτην, σωτῆρα,  
 20 Τερψίχορον, Τιτᾶνα, τελέστορα, τιμήεντα,  
 Ὑμναγόρην, ὕπατον, ὑψαύχενα, ὑψήεντα,  
 Φοῖδον, φοιδάζοντα, φιλοστέφανον, φρενογηθῆ,  
 Χρησμαγόρην, χρύσειον, χρυσόχροα, χρυσοβέλεμονον,  
 Ψαλμοχαρῆ, ψάλτην, ψευσίστρυγα, ψυχοδοτῆρα,

hastas-vibrantem, communem, hospitum-datorem, flavum  
 iracundum, fortem, in-montibus-cubantem, montivagum,  
 multibibum, erronem, valde-coronatum et comissantem,  
 mentes-frangentem, gracilem, hirtum, ovinae-gestatorem,  
 saltatorem, satyrum, Semeligenam, Semeleum, [cundum,  
 jucundum, taurino-aspectu, Tyrrenum-perditorem, ira-  
 somnum-expellentem, lubricum, nuptialem, silvestrem,  
 feris-insanientem, terribilem, amantem-risus, insane-vagum  
 aureo-cornu-venustum, qui-laxat-mentem, aurea-mitra,  
 animos-fallentem et laniantem, mendacem, clamosum,  
 maturum, crudivorum, in-montibus-nutritum et strepen-  
 Canamus regem qui-amat-evoe, insuticium. [tem.

## 525. ANONYMI.

Hymnus in Apollinem.

Canamus Pæanem magnum deum Apollinem,  
 inmortalem, formosum, intonsum, molliter-comatum,  
 gravi-mente, regem, jaculis-gaudentem, vitæ-datorem,  
 hilarem, ridentem, gigantidam, animo-dulci. [tem,  
 Jove-natum, Jovis-filium, draconicidam, lauro-gauden-  
 facundum, robustissimum, late-jaculantem, spei-datorem,  
 animalia-creantem, divinum, Jovis-mente-præditum, zeli-  
 mitem, suaviloquum, dulci-mente, blanda-manu, [datorem,  
 ferarum-occisorem, florentem, qui-mulcet-mentes et ver-  
 sagittatorem, desiderabilem, jaculatorem, galeatum, [bis,  
 ornatus-nectentem, Clarium, fortem, fructuum-patrem,  
 Latona-genitum, gratum, lyra-gaudentem, splendentem,  
 mysteria-agentem, vatem, magnanimum, multiformem,  
 nervis-gaudentem, prudentem, letum, sobrium,  
 communi-gaudentem, communia sapientem et dantem,  
 beatum, beatos-efficientem, Olympium, montivagum,  
 lenem, omnia-videntem, innoxium, divitiarum-datorem,  
 labore-solventem, roseum, qui-viros-frangit, vias-aperit,  
 lucentem, sapientem, qui-splendorem-gignit, salvatorem,  
 tripudiis-oblectantem, Titana, initiatorum, honoratum,  
 qui-hymnos-canit, summum, elata-cervice, altum,  
 Phœbum, lustrantem, coronarum amantem, exhilarantem,  
 oracula-edentem, aureum, aureo-colore, aureis-sagittis. [rem,  
 psalmis-gaudentem, psalten, Styga-fallentem, animæ-dato-

Pascue, potator, placidissime, pampinivite,  
 Querquere, quadrupedans, quatimembre, quietiparator,  
 Risor, ruridecor, rugitrahe, rixivocator,  
 Suavis, somnidator, Semeleie, sertiplicator,  
 Thysitenens, Tyrrhenidomans, Thyasota, Thyonen,  
 Vitisator, violans, volupiseque, verbiprofusor. \* \*

## 525. ANONYMI HYMNUS

in honorem Apollinis.

Aonidum præses, canimus te, Sancte Deorum.  
 Arcitemens, animator, amabilis, augur, Apollo,  
 Bubsequa, bellipotens, boniprome, benigne, beate,  
 Cynthie, clarificans, celerans, Citbarcede, comate,

Delphice, ditimanus, divinitoquens, dominator,  
 Egrege, extispex, effator, equinduperator,  
 Faticanens, formose, furens, florens, fericida,  
 Grandigradans, Grynæ, Gigantidomans, generose,  
 Heriparens, hilarator, honorifer, hymnisonator,  
 Imbrifer, immortalis, iterductor, Joviproles,  
 Lauricomans, lyricen, Latoe, laborifugator.  
 Mollis, mundiparens, mitis, mendacinimice,  
 Nubilipelle, nitens, nebridindue, nominidives,  
 Omnituens, opidans, oraculifusor, ovator,  
 Phœbe, pater, Pæan, Parnassie, participator,  
 Quæstifugans, quatimens, quæsitator, quadrijugator,  
 Regiregens, rutilans, rurispex, rumpitchebre,  
 Summe, Sagittipotens, Sapiens, Serpentinecator,

26 Ὀλύμπον, ὠκυπέτῃ, ὠκύσκοπον, ὠρσιδιώτην.  
Ἵμνέωμεν Παιῖνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα.

## 526. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Κλεῖε, θεός, μεγάλοις πύλας ἀκυήτας Ὀλύμπου·  
φρούρει, Ζεῦ, ζαθέαν αἰθέρος ἀρόπολιν.  
Ἦδη γάρ καὶ πόντος ὑπέξευκται δορὶ Ῥώμης,  
καὶ χθών· οὐρανὴ δ' οἶμος ἔτ' ἔστ' ἄβατος.

## 527. ΧΡΗΣΜΟΣ.

Τλῆθι λέων ἀτλήτα παθὼν τετληότι θυμῷ·  
οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

## 528. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἰς τὸν οἶκον Μαρίνης.

Χριστιανοὶ γεγαῶτες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες  
ἐνθάδε ναιετάουσιν ἀπήμονες· οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς  
λῶν φόλλιν ἀγούσα φερέσβιον ἐν πυρὶ θήσει.

## 529. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐς κλινάριον πόρνης ἀπὸ δάφνης.

Ἀέτρον ἐνδὸς φεύγουσα λέκτρον πολλοῖσιν ἐτύχθη.

## 530. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἀρχοντα ἀνάξιον.

Οὐκ ἐθέλουσα Τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ,  
ὅς ἐστι καὶ μέγρι σου πάντα ποιεῖν δύναται.

## 531. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἰσαύρου.

Αὔρις ἴσα θέουσιν, ὅθεν λάχον οὐνομα τοῦτο.

## 532. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς κολόκυνθον.

Εἰπέ μοι, ὦ κολόκυνθε, τίνοος χάριν εἰσέτι καὶ νῦν  
οὐ σικύων ἐφάνη διερὸν γένος, οὐ κολοκύνθων.

Ὁ κολόκυνθος πρὸς ταῦτα.

Ζηγὸς ἐπομβρήσαντος ἐπεκλύσθησαν ἀρουραι,  
ἡμετέρην δ' ἀέκουσαν ἔτι κρύπτουσι γενέθλην.

## 533. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν ἀπὸ κοντοῦ κατερχόμενον θηριομάχην.

Κοντὸν ἀνὴρ κατέπηξε, δέμας δ' εἰς ἀέρα βίψας

celeriter-gradientem et loquentem, et speculantem, mon-  
Canamus Pæanem magnum deum Apollinem. [ticubum.

## 526. ALPHÆI MYTILENÆI.

Claude, deus, magni portas infatigatas Olympi;  
custodi, o Jupiter, divinam ætheris arcem.  
Jam enim et pontus subjugatus-est hastæ Romanæ,  
et tellus : cælestis vero via adhuc est inaccessa.

## 527. ORACULUM.

Exantla leo intolerabilia passus toleranti animo :  
nullus hominum injuriam-inferens poenam non solvet

## 528. PALLADÆ.

In domum Marinæ.

Christiani facti Olympias sedes qui-habent  
hic habitant sine-injuria : neque enim illos  
fundibulum follem agens vivificum in igne ponet.

## 529. INCERTI.

In lectulum meretricis e lauro confectam.

Lectum unius fugiens, lectus multis facta-est *Daphne*.

## 530. INCERTI.

In præfectum indignum.

Non volens *Fortuna* te provexit; sed ut ostenderet  
se vel usque ad te cuncta posse facere.

## 531. INCERTI.

In *Isauros*.

*Auris* pariter currunt, unde sortiti-sunt nomen hocce.

## 532. INCERTI.

In cucurbitam.

Dic mihi, o cucurbita, qua gratia nunc adhuc [tarum :  
neque cucumerum apparuit humidum genus nec cucurbi-

*Cucurbita* ad hæc.

A *Jove* pluviâ-immittente inundata-sunt rura,  
et nostram invitam adhuc occultant generationem.

## 533. INCERTI.

In bestiarium conto degressum.

Contum vir *terra* defixit, corpusque in aera jaciens

Trossule, telipotens, Thymbræe, timorisubactor,  
Vericanens, velox, venator, vaticinator. \*\*

## 526. ALPHÆI MYTILENÆI.

Tempus erit, superas jam serves cautius arces,  
Juppiter : æternas objice claude fores.

Omne mare et tellus armis cessere latinis;

Nec restat nisi quod sidera quærat iter.

## 527. INCERTI.

Fortiter hæc leo fer, quamvis fera, quando ferendum est;

Injustos homines sero, cito, pœna sequetur.

## 529. INCERTI.

In lectum scorti e lauru.

Unius effugi, multis sum facta cubile.

## 530. INCERTI.

In Præsidem eo gradu indignum.

Non te provexit *Fortuna* favore, sed ingens  
Te desit exemplum cuncta licere sibi.

ἰδνύθη προκάρηνος, ἀνεγρομένου δ' ὑπένερθεν  
θηρὸς ὑπερκατέβαιεν ἐυστρέπτοις πόδεσσιν·  
οὐδὲ λάβεν· λαοὶ δὲ μέγ' ἱαχον· ἔκφυγε δ' ἀνὴρ.

534. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἀρτεμιν.

Ἄρτεμις ἰδρώουσα προάγγελός ἐστι κυδοιμοῦ.

535. ΑΛΛΟ.

Κισσῶ μὲν Διόνυσος ἀγάλλεται, αἰγίδι δὲ Ζεὺς,  
οἱ ναέται ξείνοις, ἡ δὲ πόλις ναέταις.

536. ΑΛΛΟ.

Εἰς Ἀλφειὸν ποταμόν.

Ἄβροχον ἐν πελάγεσσι δι' ὕδατος ἔπλεεν ὕδωρ.

537. ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΝΙΚΑΕΩΣ.

Τίπτε με θρυλήσαντες ἐμὴν ἀπεπαύσατ' αἰοδῆν;  
ἱππεὺς ἱππεύειν ἐδάη, καὶ αἰοδὸς αἰεῖδεν·  
ἦν δὲ τις ἱππεύειν δεδαῶς ἐθέλῃσιν αἰεῖδεν,  
ἀμφοτέρων ἡμαρτε, καὶ ἱπποσύνης καὶ αἰοδῆς.

538. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐχει τὰ κδ' γράμματα.

Ἄβροχίτων δ' ὁ φύλαξ θηροζυγοκαμφιμέτωπος.

539. ΑΛΛΟ.

Ὅμοιον.

Ἄβρὸς δ' ἐν προχοαῖς Κύκλωψ φθογγάζετο μύρμηξ.

540. ΑΔΗΛΟΝ.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεε βίβλον  
τοῦφεσίου· μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.

Ὅρφη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἦν δὲ σε μύστης  
εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἥελιου.

541. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Θειογένης Πείσωνι τὰ τεχνήεντα κύπελλα

534. INCERTI.

Præmonet instantes sudans Diana tumultus.

535. INCERTI.

Ægide rex Superum gaudet, Bromiusque corymbis,  
Hospitibus cives, civibus hæc patria.

536. NESTORIS.

De fluvio Alpheo.

Æquor aquæ subeunt neque vi temerantur aquarum.

537. NESTORIS NICÆNSIS.

In aurigam.

Dulcia cur strepitus vester mea carmina turbat?

Noverunt equitare equites, cantare poetæ:

Appetat at si quis cantus equitare peritus,

se-curvavit præceps, excitatam vero sursum  
belluam superne-transcendit agilissimis pedibus; [vir.  
nec bellua eum cepit: at populi exclamarunt; et effugit

534. INCERTI.

In Dianam.

Diana sudans prænuncia est belli.

535. ALIUD.

Hederâ quidem Bacchus gloriatur, ægide vero Jupiter,  
incolæ hospitibus, urbs autem incolis.

536. ALIUD.

In Alpheum flumen.

Non-irrigata in æquoribus per aquam navigabat aqua.

537. NESTORIS NICENI.

Quid-tandem mihi obstrepentes meum interrupistis can-  
eques equitare didicit, et cantor cantare: [tum?  
si quis autem equitandi peritus voluerit cantare,  
utroque excidit, et equitatione et cantu.

538. INCERTI.

Habet omnes 24 literas.

Molli-veste autem custos belluarum-jugo-flectens-frontem.

539. ALIUD.

Simile.

Mollis autem in ostiis Cyclops sonabat fornica.

540. INCERTI.

Ne citus Heracliti in umbilicum volve librum

Ephesii: valde tibi impervius trames.

Obscuritas et caligo sunt sine-luce; si vero te mysta  
introduxerit, splendenti fulgidiora sole.

541. ANTIPATRI.

Theogenes Pisoni nos artificiosa pocula

Nec cantor nec eques bonus, exerrabit utroque.

538, 539. Versus qui Latinas literas omnes continent.

Zeuxis erat pictor, quem flebat dura Phrygum gens,  
Zenodoti physicam quærebat Græcia felix.

Quæcumque Zephyrum lux fatigato dabis.

540. INCERTI.

De Heraclito.

Heracliteos Epheseia scripta labores

Ne citus ad calcem volve, molesta via est.

Omnia sunt tenebræ: magis hæc sed lucida sole

Inveniet, mysta qui duce carpit iter.

541. ANTIPATRI.

Theigenes nos artis opus duo pocula mittit

πέμπει· χωροῦμεν δ' οὐρανὸν ἀμφοτέρω·  
δοιά γὰρ ἐκ σφαίρης τετμήμεθα, καὶ τὸ μὲν ἡμῶν  
τοὺς νοτίους, τὸ δ' ἔχει τείρεα τῶν Βορέη.  
ἢ ἄλλὰ σὺ μηκέτ' Ἀρητον ἐπίβλεπε· διςδὲ γὰρ ἀμφοῖν  
μέτρα πῶν ἀθρεῖς πάντα τὰ φαινόμενα.

## 542. KRINAGOROU.

Θάρσει καὶ τέτταρσι διαπλασθέντα προσώποις  
μῦθον καὶ τούτων γράβει ἐτι πλέοσιν·  
οὔτε σὲ γὰρ λείψουσι, Φιλωνίδη, οὔτε Βάθυλλον,  
τὸν μὲν αἰοιδῶν, τὸν δὲ χερῶν χάριτες.

## 543. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Θεσσαλίας εὐίππος ὁ ταυρελάτης χορὸς ἀνδρῶν,  
χερσὶν ἀτευχῆτοις θηρσὶν ὀπλιζόμενος,  
κεντροτυπεῖς πῶλους ζεύξε σκιρτήματι ταύρων,  
ἀμφιβαλεῖν σπεύδων πλέγμα μετωπίδιον·  
ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἄμα κεῦροπον ἄμμα  
θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεχύλισε βίην.

## 544. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Ἴνδὸν βήρυλλον με Τρύφων ἀνέπεισε Γαλήνην  
εἶναι, καὶ μαλακαῖς χερσὶν ἀνῆκε κόμας·  
ἦνιδε καὶ γελῶν νοτερὴν\* πλείοντα θάλασσαν,  
καὶ μαστοὺς, τοῖσιν θέλγω ἀνηνεμίν.  
Ἦν δέ μοι ἡ φθονερὴ νεύση λίθος, ὥς ἐν ἐτοίμῳ  
ὄρμημαι, γνῶσθαι καὶ τάχα νηχομένην.

## 545. KRINAGOROU.

Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· ὃν γὰρ ἐπ' αὐτῷ  
ὦνῃ τοὺς Μουσέων πάντας ἔσεισε κάλους.  
Ἰεῖδαι δ' Ἐκαλῆς τε φιλοξείνοιο καλὴν  
καὶ Θησεῖ Μαραθῶν οὐς ἐπέθηκε πόνους,  
τοῦ σοὶ καὶ νεαρὸν χειρῶν σθένος εἴη ἀρέσθαι,  
Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἵνον ἴσον βίотου.

## 546. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Κῆν πρύμνη λαγέτω μέ ποτε στιβάς, αἶθ' ὑπὲρ αὐτῆς  
ἡχεῦσαι ψακάδων τύμματα διφθερίδες,  
καὶ πῦρ ἐκ μυλάκων βεβημένον, ἥ τ' ἐπὶ τούτων  
χύτερη, καὶ κενεὸς πομπολύγων θόρυβος,

mittit : capimus autem cælum utraque :  
bina enim e sphæra secta-sumus ; et unum nostrum  
australes *stellas*, alterum habet signa quæ sunt in Borea.  
Sed tu ne jam Aratum intuearis ; duas enim ex-ambobus  
mensuras ebibens, spectas cuncta phænomena.

## 542. CRINAGORÆ.

Aude et quatuor compositam personis  
fabulam et quam-his scribere etiam pluribus :  
neque te enim deserent, o Philonides, neque Bathyllum,  
unum quidem cantuum, alterum vero manuum gratior.

## 543. PHILIPPI.

Thessaliæ equitandi-peritus tauros-agens chorus virorum,  
manibus inermibus in-belluas armatus,  
stimulis-ictos equos junxit saltui taurorum,  
circumjicere properans nexum frontis ;  
summum vero in terram deflectens simul et præcipitem  
belluæ tantam deturbavit violentiam. [ nodum,

## 544. ADDÆI.

Indicam beryllum me Tryphon permovit-ut Galene  
essem, et mollibus manibus promisit comas ;  
adspice et labra humidum complanantia mare,  
et ubera, quibus mulceo ventorum-silentium.  
Si vero mihi invidus annuerit lapis, ut in promptu  
est-mea-cupido, noveris me fortasse et natantem

## 545. CRINAGORÆ.

Callimachi cælatum carmen est hocce : profecta enim  
vir Musarum omnes movit rudentes. [ super eo  
Canit autem Hecalæque hospitalis nidum  
et Theseo Marathon quos imposuit labores,  
cujus tibi et juvenile manuum robur contingat parare,  
o Marcelle, inclytæque laudem æquam vitæ.

## 546. ANTIPHILI.

Et in puppi obtingat mihi aliquando cubile, et quæ super  
sonant guttarum e mari percussu pelles, [ eo  
et ignis e molaribus vi-prorumpens, et super eis  
olla, et inanis bullarum strepitus ;

Ecce tibi : cælum, Piso, duobus inest.  
Qui prius orbis erat, secti sumus ; alter ad Austrum  
Sidera, sed Boreas quæ videt, alter habet.  
Tu posthac Arctos ne respice : sed bis utrumque  
Ebibe : sic cernes omnia signa poli.

## 543. PHILIPPI.

Sicut equos domuit, domat et gens Thessaia tauros,  
Et præter nudas non habet arma manus.  
Sed rapido saltu, velut alta evellitur arbor,  
Sic jacere in frontem fortia vincla parat ;

Atque agilem summo stringens in corpore nodum  
Ingentem tali dejicit arte feram.

## 545. CRINAGORÆ.

Callimachi carmen teres aspicias : omnia quippe  
Qui sacra Musarum commovet hoc opere.  
Est Hecales isthic casa parva, sed hospita Thesei.  
Theseos et sudans in Marathone labor.  
Par habeas opto robur, Marcelle, juventæ,  
Laude nec omnigena sit tibi vita minor.

καὶ κρέ' ἔποντα ἴδοιμι διήκονον· ἡ δὲ τράπεζα  
ἔστω μοι στρωτὴ νηὸς ὑπερθε σανίς·  
δὸς λάβε, καὶ ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν· εἴχε τύχη τις  
πρώτην τοιαύτη τὸν φιλόκονον ἐμέ.

## 547. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὰ εἰκοσι τέσσαρα στοιχεῖα.

Τρηχὺν δ' ὑπερβάς φραγμὸν ἐξήνθιζε κλώψ.

## 548. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Κοῦρον ἀποπλανήν ἐπιμάζιον Ἑρμώνακτα,  
φεῦ, βρέφος ὡς ἀδίκως ἐλετε βουγενέες.  
Ἦγνοίησεν ὁ δειλὸς ἐς ὑμέας ὅα μελίσσας  
ἐλθών· αἱ δ' ἔχειον ἦτε χειριόταται·  
ἀντὶ δέ οἱ θοίνης ἐνεμάζετα φοῖνινα κέντρα,  
ὅι πικραὶ, γλυκερῆς ἀντίπαλοι χάριτος.

## 549. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

α. Κρηναῖαι λιθάδες, τί πεφύγατε; ποῦ τὸσον ὕδωρ;  
τίς φλόξ ἀενάους ἔσβεσεν ἡελίου;  
β. Δάκρυσιν Ἀγρικόλοιο τετρώμεθα· πᾶν δ' ὅσον ἡμῖν  
ἦν ποτὸν ἡ κείνου διψᾶς ἔχει σποδινῇ.

## 550. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Κλεινὴν οὐκ ἀπόφημι· σὲ γὰρ προπάροισεν ἔθηκαν  
κλῆζεσθαι πτηνοί, Τῆνε, Βορηιάδαι.  
Ἀλλὰ καὶ Ὀρτυγίην εἶχε κλέος, οὐνομα δ' αὐτῆς  
ἤρχετο Ῥιπαίων ἄχρις Ὑπερβορέων.  
Νῦν δὲ σὺ μὲν ζῶεις, ἡ δ' οὐκέτι· τίς κεν ἐώλπει  
ῥεσθαι Τήνου Δῆλον ἐρημοτέρην;

## 551. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Καλχαδὼν δύστηνον ἐρωδίων ἐχθρὰ κολάζει·  
τεῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται,  
Φοῖβος ἐρεῖ· τεναγίτην δ' εἰς ἄλλα κῶλον ἐλαφρόν  
στήσας, ψαμμίτην δόρπον· ἐθημολόγει,  
δυσμενέες τότε ἔβησαν ἐπὶ πτόλιν ἀντιπέρηθεν,  
ὁπλὲ διδασκόμενοι πεζοδατεῖν πέλαγος.  
Βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν, ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθὸν  
ἐκ δηίων, κόγλους καὶ βρύον, ὁ προδότης.

et carnes curantem videam ministrum; mensa autem  
sit mihi strata super nave tabula; [quædam  
DA, CAPE ludus et susurratio nautica: habebat fortuna  
nuper talis me communium-amantem.

## 547. INCERTI.

Viginti quatuor literæ.

Asperam vero supergressus sepem efflorescebat fur

## 548. BIANORIS.

Puerulum matre relicta vagum, Hermonactem lactentem,  
heu! infantulum, quam injuste interemistis bove-pro-  
ignoravit misellus et ad vos tanquam apes [gnatæ!  
accessit: vos vero viperis fuistis pejores;  
et pro dape illi impressistis letales aculeos,  
o amaræ! dulcis contrariæ gratiæ.

## 549. ANTIPHILI.

a. Fontis latices, cur fugistis? ubi est tanta aqua?  
quæ flamma vos perennes exstinxit solis?  
b. Lacrimis de-Agricola absumptæ-sumus; et omnis qui  
erat potus, illius sitiens habet favilla. [nobis

## 550. ANTIPATRI.

Inclutam te esse non nego: te enim antea effecerunt  
celebrari aligeri, o Tene, Boreadæ.  
Sed et Ortygiam habebat gloria; nomenque ejus  
iit Rhipæos adusque Hyperboreos.  
Nunc vero tu quidem vivis, illa vero non jam: quis spe-  
fore-ut-videret Teno Delum desertiorem? [rasset

## 551. ANTIPHILI.

Calchedon infaustam ardeam hostiliter castigat:  
cujus rei gratia proditrix hæc avis usque dicitur?  
Phæbus dicit: vadosum quando in mare pedem levem  
sistens, ex arena cœnam colligebat,  
hostes tunc invaserunt urbem ex-adversa-regione,  
serius docti pedibus-transire pontum. [tavit mercedem  
Sane petite lapidibus malam avem, quod gravem repor-  
ex hostibus, cochleas et muscum, proditrix.

## 548. BIANORIS.

Hermonacta, parum deserto lacte, vagantem  
Interimit sæve de bove nata cohors.  
Se velut artifices ad apes miser ille ferebat:  
At vobis nec erat vipera deterior.  
Spicula pro dapibus puero portatis: amaræ  
Ingenio, non vos dulcia mella decent.

## 549. ANTIPHILI.

Quo fontis latices, quo copia vestra recessit?

Perpetuas solis quis calor hausit aquas?  
Agricolæ luctu consumimur: illius, ante  
Humida, nunc fiunt pulverulenta siti.

## 550. ANTIPATRI.

Clara quidem es, quis enim neget hoc? cum fama vetusta  
Sit tibi per fratres ex Aquilone satos:  
Sed fuit Ortygie celebris quoque, gloria cujus  
Usque ad Rhipæos venit Hyperboreos.  
Illa fuit, tu nunc superas. Quisquamne putasset  
Hoc fore, plus esset Tenos ut Ortygia?

## 552. ANTIPATPOY.

Καὶ Μακεδὼν ὁ σιδήρεος ἐν ἄορι, καὶ τὰ πρὸς ἄλκην  
τῆς ἀπ' Ἀλεξάνδρου χειρὸς ἐπιστάμενος,  
Πείσων, σὴν ποθέων ἰκόμην χέρα· τοῦτο δὲ φωνῶ·  
« Χαίρων δεξιτερὴν εὖρον ὀφειλομένην. »

## 553. ΛΑΛΟ.

Λευκάδος ἀντί με Καῖσαρ, ἰδ' Ἀμβρακίης ἐριβόλου,  
Θυρρείου τε πέλειν, ἀντί τ' Ἀνακτορίου,  
Ἄργεος Ἀμφιλόχου τε, καὶ ὁππόσα ράισατο κύκλῳ  
ἄστε' ἐπιθρώσκων δουρομανῆς πόλεμος,  
εἶσατο Νικόπολιν, θείην πόλιν· ἀντί δὲ νίκης  
Φοῖβος ἀναξ ταύτην δέχχεται Ἀκτιάδος.

## 554. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Λάθριος Ἡράκλεια καλῶν ὑπὸ χειλέσιν ἔλκεις  
κεῖνο· πάλαι κατὰ σοῦ τοῦτ' ἐδόθησε πόλις.  
Πῶς ἔτλης αἶσχος βέβαια κακόν; ἢ σε βιαίως  
εὐχασέ τις θαλερῶν δραξάμενος πλοκάμῳ;  
ἢ σοὶ τοῦνομα τερπνὸν ἀπ' Ἡρακλῆος ἐγούση,  
μάχλε, φιλεῖν ἦβην κέχριται ἡθίων;

## 555. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Νῆσον τήνδ', εἰ καὶ με περιγράψαντες ἐροῦσιν  
μετρήσαι, βαιτὴν, ἐπτά μόνον σταδίους,  
ἔμπης καὶ τίχτουσαν ἐπ' αἰλακι πῖαρ ἀρούρης  
ῥῆι, καὶ παντὸς κάρπιμον ἀκροδρύου,  
καὶ πολλοὺς εὐαγρον ἐπ' ἰχθύσι, καὶ ὑπὸ μαίρῃ  
εὐάνεμον, λιμένων τ' ἡπτιον ἀτρεμῆ,  
ἐγγόη Κορκύρης Φαιηκίδος. Ἀλλὰ γελᾶσθαι  
τῷ ἐπεωρίσθην, τοῦτ' ἐθέμην ὄνομα.

## 556. ΖΩΝΑ.

Νύμφαι ἐποχθίδιαι, Νηρηίδες, εἶδετε Δάφνιν  
χθιδόν, ἐπαχινιδίαν ὡς ἀπέλουσε κόνιν,  
ἡμέτραις λιβαδεσσιν ὅτ' ἐνθορε σειριόκαυτος,  
ἡρέμα φοινιγθεὶς μάλα παρηγίδα.  
Εἰπάτε μοι, καλὸς ἦν; ἢ ἐγὼ τράγος οὐκ ἄρα κνάμαν  
μοῦνον ἐγυῖωθην, ἀλλ' ἐτι καὶ κραδίαν;

## 557. ANTIPATPOY.

Ὁ σταδιδὸς Ἀρίης ὁ Μενεκλέος οὐ κατελέγει  
Περσεά, σὸν κτίστην, Ταρσὲ Κίλισσα πόλι.  
Τοιοὶ γὰρ παιδὸς περνηοὶ πόδες· οὐδ' ἂν ἐκείνῳ  
οὐδ' αὐτὸς Περσεὺς νῶτον ἐδείξε θέων.  
Ἡ γὰρ ἐφ' ὑσπλήγων ἡ τέρματος εἶδε τις ἄκρου  
χέρον, μέσσω δ' οὐ ποτ' ἐνὶ σταδίῳ.

## 557. ANTIPATRI.

## De Aria.

Tarsæ domus Cilicum, non qui te condidit, illi  
Dedecori est Arias iste Menecleides.

ANTHOLOGIA II.

## 552. ANTIPATRI.

Ego et Macedonicum ferrum in ense, et robustum esse  
ab Alexandri manu sciens,  
o Piso, tuam cupiens veni ad manum; hoc autem edis-  
« Gaudens dextram inveni debitam mihi. » [sero:]

## 553. ALIUD.

Leucadis loco me Cæsar, atque Ambraciæ feracis,  
Tyrreique ut-sim, locoque Anactorii,  
et Argorum Amphilochoi, et quotquot evertit circâ  
urbes insultans hastâ-furens bellum,  
condidit Nicopolim, divinam urbem; et pro victoria  
Phæbus deus hanc accipit Actiaca.

## 554. ARGENTARIJ.

Clandestina Heraclea pulchrorum-juvenum sub labris  
Illud (penem): pridem in te hoc clamavit urbs. [trahis  
Quomodo sustinuisti probrum patrare malum? an te vio-  
traxit quidam nitidis correptam cincinnis? [lenter  
aut tibi nomen jucundum ab Hercule habenti,  
o salax, amare pubertatem (ἦβην) placuit juvenum?

## 555. CRINAGORÆ.

Insulam hanc, etiamsi qui me descripserunt dicant  
metiri me, exiguam, septem modo stadia,  
tamen et gignentem in arvis adipem ruris  
cernes, et omnis fertilem frugis-arboreæ,  
et ob multos piscatui-aptam pisces, vel sub canicula  
perflatam-ventis, portuumque lenem tranquillitate,  
prope Corcyram Phæaciam. Sed ridiculum  
inde unde superbiebam hoc accepi nomen.

## 556. ZONÆ.

Nymphæ littorales, Nereides, vidistis Daphnim  
hesternum, quasi-lanugo-inhærentem ut lavit pulverem,  
vestris laticibus ubi insiluit sirio-ustus,  
leniter purpuratus mala genarum.  
Dicite mihi, an pulcher erat? aut ego hircus non femore  
sulo infirmus-sum, sed insuper etiam corde?

## 557. ANTIPATRI.

Stadii-cursor Arias, Meneclis filius, non dedecorat  
Persea, tuum conditorem, o Tarse, Cilissa urbs.  
Tales enim pueri sunt volucres pedes; neque illi  
vel ipse Perseus dorsum ostendisset currens.  
Aut enim in carceribus aut ad metam quis viderit extre-  
juvenem, medio autem nunquam in stadio. [mam]

Aligeros sed et iste pedes habet: ipse nec unquam  
Currenti Perseus terga videnda daret.  
Hunc juvenem possis in carcere, vel prope calcem.  
At medio nunquam cernere curriculo.

## 558. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Ὁ τράγος ὁ Κλήσιονος δ' ἄν διὰ πάννυχον ὄρῃαν  
αἶγας ἀκοιμάτους θῆκε φριμασσομένους  
(ὁδὸν γὰρ μιν ἔτυψε λύκος χιμαροσφακτῆρος  
τηλόθι, πετραίαν αὖλιν ἀνερχομένου),  
μέσφα κύνες κοίτας ἀνεγέρμονες ἐπτοίασαν  
θῆρα μέγαν· τραγίνους δ' ὕπνος ἔμυσε κόρας.

## 559. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἱταλίην ἐντύνεται· ἐς γὰρ ἑταίρους  
στέλλομαι, ὧν ᾗδ' ὀνὸν ἄπειμι χρόνον.  
Διφύω δ' ἡγητῆρα περίπλοον, ὅς μ' ἐπὶ νήσους  
Κυκλάδας, ἀρχαίην τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίην.  
Σύν τί μοι ἀλλὰ Μένιππε λάβου φίλος, ἴστορα κύκλον  
γράφας, ὧ πάσης ἰδρι γεωγραφίης.

## 560. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥιγηλὴ πασῶν ἔνοσι γθονός, εἴτε σε πόντου,  
εἴτ' ἀνέμων αἶρει βῆμα τινασσομένον,  
οἰκία μοι ῥύου νεοτευγέα· δείμα γὰρ οὐπω  
ἄλλο τόσον γαίης οἶδ' ἐλελιζομένης.

## 561. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Τίς σε πάγος δυσέρχμος, ἀνήλιος, ἐξέθρεψεν  
Βορβραίου Σκυθίης, ἀμπελον ἀγριάδα;  
ἢ Κελτῶν νιφοβλήτες αἰεὶ κρυμώδεις Ἀλπεις,  
τῆς τε σιδηροτόκου βῶλος Ἰβηριάδος;  
ἢ τοὺς ὀμφακόραγας ἐγείναο, τοὺς ἀπεπάντους  
βότρυας, οἱ στυφελὴν ἐξέγεινον σταγόναν.  
Δίττειμαι, Λυκόεργε, τεὰς χέρας, ὥς ἀπὸ ῥίζης  
κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν δλον θερίσῃς.

## 562. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ψιττακὸς ὁ βροτόγηρυς, ἀρεῖς λυγοτευχεὰ κύρτον,  
ἦλυθεν ἐς ὄρυμους ἀνθοφυεῖ πτέρυγι.  
Αἰεὶ δ' ἐκμελετῶν ἀσπάζεσθαι Καίσαρα κλεινόν,  
οὐδ' ἂν ὄρη λήθην ἡγάγεν οὐνόματος·  
\* ἔδραμε δ' ὠκυδίδατος ἅπας οἶωνός, ἐρίζων  
τίς φθῆναι δύναται δαίμονι γαῖο' ἐνέπειν.

## 559. CRINAGORÆ.

Nave peto portus Italos : namque opto sodales  
Cernere, quæ absum tempora longa nimis.  
Verum dux opus est, ad Cycladas æquore sparsas  
Et veterem Scheriam qui mihi monstret iter.  
Tu mundi descriptor, opem tu, quæso, Menippe  
Fer mihi, totius gnare Geographiæ.

## 561. PHILIPPI.

Quæ fera te vitis genuit procul invia tellus  
Solibus? an Scythico sub Jove semper hyemis  
An gelidis sese miscentes nubibus Alpes,

## 558. ERYCII.

Hircus Clesonis totam per nocturnam obscuritatem  
capras insomnes reddidit fremens :  
(odor enim eum percussit lupi caprearum-occisoris  
procul, lapideum antrum ascendens :)  
donec canes cubilibus excitati fugarunt-territam  
belluam magnam : hircinas tum somnus clausit pupillas.

## 559. CRINAGORÆ.

Navigatio mihi in Italiam paratur; ad sodales enim  
navi-vehor, a-quibus jam longum abssum tempus.  
Quæro autem ductorem circumnavigantem, qui me ad  
Cycladas, antiquamque ducet ad Scheriam. [insula  
At tu mihi, Menippe, in-partem-veni operæ, amicus, doctum  
qui-scripsisti, o totius sciens geographiæ. [periplum

## 560. EJUSDEM.

Horrende inter-cunctos motus terræ, sive te maris,  
sive ventorum movet fluctuatio ex-concussu,  
ædículas mihi tuere recens-structas : terrorem enim non-  
alium tantum novi quantum terræ succussæ. [dum

## 561. PHILIPPI.

Quis te collis male-desertus, sole-carens, enutrit  
Borealis Scythiæ, vitem agrestem?  
an Celtarum nive-obrutæ semper glaciales Alpes,  
et ferrum-gignentis gleba Iberiæ?  
quæ acerbis-acinis peperisti illos et immaturos  
racemos, qui crudam effundebant stillam.  
Quæro, o Lycurge, tuas manus, ut radicitus  
palmitis crudigenæ germen totum evellas.

## 562. CRINAGORÆ.

Psittacus vocis-humanæ-imitator, deserens vimine-textam  
venit in saltus floribus-simili ala. [caveam.  
Usque autem ediscens salutationibus Cæsarem inclytum.  
ne per montes quidem oblivium traxit nominis.  
Accurrit vero velociter-docta omnis avis, certans  
quis occupare possit deo (Cæsari) dicere Salve.

An gravidus ferro viscera campus Iber?  
Usque adeo tristes quæ fers incerta racemos  
Stillantes duri fontis amaritiem.  
O utinam redeat nobis tua dextra, Lycurge,  
Eruat ut crudi palmitis omne genus.

## 262. CRINAGORÆ.

Psittacus ut caveam volucris facunda reliquit,  
Et petiit pluma versicolore nemus;  
Cæsaream lingua meditatus sæpe salutem,  
Et per aperta memora nominis hujus erat.  
Accurrunt volucres aliæ, vocemque secutæ  
Doctoris, properant dicere, Cæsar ave.

Ὅρφεύς θῆρας ἔπεισεν ἐν οὐρεσι· καὶ δὲ σὲ, Καῖσαρ,  
νῦν ἀκίλευστος ἅπας ὄρνις ἀνακρέκεται.

## 563. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Τὸν φιλοποριστὴν Δημόκριτον ἦν πρὸ ἐφεύρης,  
ὠνθρῶπ', ἀγγεῖλον τοῦτο τὸ κοῦρον ἔπος,  
ὥς ἡ λευκοόπιρος ἐγὼ καὶ ἐφώριος ἤδη  
κείνῳ συκοφορῶ τὰς ἀπύρους ἀκόλους·  
σπευσάτω, οὐκ ὀχυρὴν γὰρ ἔχω στάσιν, εἴπερ ὁπώρην  
\* ἀκρίτου χρῆζει δρέψαι ἀπ' ἀκρεμόνος.

## 564. ΝΙΚΙΟΥ.

Αἰὼλον, ἱμεροθαλὲς ἔαρ φαίνουσα, μέλισσα  
ζουθὰ, ἐφ' ὠραίοις ἀνθεσι μαινομένα,  
ῥῶρον ἐφ' ἡδύπνοον πωτιωμένα, ἔργα τίθει σύ,  
ὄφρα τὸς πλήθῃ κηροπαγῆς θάλαμος.

## 565. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ἦλθε Θεαίτητος καθαρὴν ὁδὸν· εἰ δ' ἐπὶ χισσὸν  
τὸν τεὸν οὐχ αὕτη, Βάκχε, κέλευθος ἄγει,  
ἄλλων μὲν κήρυκες ἐπὶ βραχὺν οὔνομα καιρὸν  
ρῥέγονται, κείνου δ' Ἑλλάς ἀεὶ σοφίαν.

## 566. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μικρὴ τις, Διώνυσε, καλὰ πρήσσοντι ποιητῇ  
ῥῆσις· ὁ μὲν « νικῶ » φησὶ τὸ μακρότατον·  
ὃ δὲ σὺ μὴ πνεύσης ἐνδέξιος, ἦν τις ἔρηται,  
« πῶς ἔβαλες »; φησί, « σκληρὰ τὰ γιγνόμενα. »  
Τῷ μερμηρίζαντι τὰ μὴνδία τοῦτο γένοιτο  
τοῦπος· ἐμοὶ δ' ὦναξ, ἡ βραχυσυλλαβίη.

## 567. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἢ καὶ ἐτ' ἐκ βρέφους κοιμωμένη Ἀντιοδημῆς  
πορφυρίων, Παφίης νοσσίς, ἐπὶ κροχύδων,  
ἡ τακραιὲς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου,  
Λυσίδος ἄλκυονις, τερπνὸν ἄθυρμα Μέθης,  
ὠπτινοῦς φορέουσα βραχίονας, ἡ μόνῃ ὀστοῦν

Thressa feras olim traxit lyra : sed tibi, Caesar,  
Omnis sponte sua fausta precatur avis.

## 563. LEONIDÆ.

Sicubi ruris amans tibi se Democritus offert,  
Hæc illi pro me paucula verba refer :

Passa diu soles, autumni munere ficus  
Candida natives has tibi servô dapes.  
Res propra : (patet insidiis locus undique,) si vis  
Arboris intactæ carpere primus opes.

## 564. NIKIÆ.

O quæ perpetuo florum tentaris amore,  
Flava renidentis nuntia veris, apis,  
Frata supervolitans bene olentia, pone quod hauris,  
Ut domus aerias cæreâ portet opes.

## 565. CALLIMACHI.

Enia Theæteto simplex via : forsitan illa

Orpheus belluas adduxit in montibus; atqui te, Caesar,  
nunc sponte-sua omnis avis modulatur.

## 563. LEONIDÆ.

Pomorum-amantem Democritum sicubi repereris,  
o viator, nuncia hoc leve verbum,  
nempe albis-gravidam-fructibus me et tempestivam jam  
illi ficus-ferre, sine-igne-paratas offas :  
festinato, non firmam enim habeo stationem, si modo fruc-  
intacto voluerit carpere ab ramo. [tum

## 564. NIKIÆ.

Varium, jucunde-virens ver quæ-monstras, apicula  
flava, in tempestivos flores bacchans,  
locum ad suaveolentem volans, opus tu fac,  
ut tuus impleatur cera-compactus thalamus.

## 565. CALLIMACHI.

Ivit Theætetus illibatam viam : si vero ad hederam  
tuam non hæc, o Bacche, via ducit,  
aliorum quidem præcones nomen in breve tempus  
pronunciabunt, illius autem Hellas usque sapientiam.

## 566. EJUSDEM.

Parva quædam, o Bacche, successu gaudenti poetæ  
dictio : hic quidem « vinco » dicit ut longissimum;  
cui tu vero non adspiraveris propitius, si quis interrogat :  
« quomodo jecisti »? dicit : « dura sunt quæ fiunt. »  
Meditanti injusta hoc eveniat  
dictum ; mihi vero, o deus, brevisyllaba-vox.

## 567. ANTIPATRI.

Quæ etiam a teneris dormiebat Antiodemis  
purpureis, Paphiæ nidulus, in floccis,  
humidis spectans pupillis mollius somno,  
Lysidis halcyon, jucundus ludus Ebrietatis.  
mobilia-ut-aqua ferens brachia, quæ sola os

Non apta est hederas, Bacche, parare tuas.  
Sed semel illorum præcones nomina dicunt;  
Hunc doctum semper Græcia tota vocat.

## 566. EJUSDEM.

Egregio concisa sat est, o Bacche, poetæ  
Dictio : nam dicit. Vinco : quid est brevius?  
At cui non fueris fautor, si forte rogatur  
Res ut iit, Durum sed toleremus, ait.  
Hæc vox ora virum, qui res meditantur iniquas,  
Occupet : eveniat sylleba bina mihi.

## 567. ANTIPATRI.

Quæ primis etiam solet Antiodemis ab annis  
Purpureo Veneris pupa cubare toro :  
Molle tuens oculis plusquam sopor ipse, quieta  
Alcedo, ludum se dare sueta mero :  
Est in qua nihil ossis, aqua nam brachia constant,

οὐ λάχεν (ἦν γὰρ ὅλη τούν ταλάρσι γάλα),  
Ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πολέμοιο καὶ αἰχμῆς  
ἀμπαύσῃ Ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

## 568. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Ἀῦλιν Ἀρισταγόρῳ καὶ κτήματα μυρίος ἄρθει,  
Νεῖλε, μετ' εἰκαίης ἐξεφόρησας ὁδοῦ.  
Αὐτὸς δ' οἰκείης δ' γέρων ἐπενήξατο βώλου  
ναυηγός, πάσης ἐλπίδος ὀλλυμένης,  
γείτονος ἡμίθραυστον ἐπ' αὔλιον, « ὦ πολὺς, εἶπας,  
« μόχθος ἐμὸς, πολιῆς τ' ἔργα περισσὰ χερὸς,  
« ὕδωρ πᾶν ἐγένεσθε· τὸ δὲ γλυκὺ τοῦτο γεωργοῖς  
« κῦμ' ἐπ' Ἀρισταγόρην ἔδραμε πικρότατον. »

## 569. ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἦδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμενῃ κοῦρός τε κόρη τε,  
θάμνος τ', οἶνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστῃ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος  
ναίει· ἄν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,  
χαίρει· ἐγὼ δ' ὕμνῳ θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς,  
πωλεῖμαι μετὰ πᾶσι τετιμένους, ὥσπερ ἔοικεν,  
ταῖναις τε περίστεπτος στέρεσιν τε θαλαίσις.

## 570. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ξανθὸν, κηρόπλαστε, μυρόχρος, μουσοπρόσωπε,  
εὖλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων,  
ψῆλόν μοι χερσὶ δροσιναῖς μύρον· ἐν μονοκλίνῳ  
δεῖ με λιθοδμήτῳ δὴ ποτε πετριδίῳ  
εὐδεῖν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον· ἄδε πάλιν μοι,  
Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.  
Οὐκ αἶψις, ὠνθρῶφ', ὁ τοκογλύφος; ἐν μονοκλίνῳ  
δεῖ σὲ βιοῦν αἰεὶ, δύσμορε, πετριδίῳ.

## 571. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τοὺς ἐννέα λυρικούς.

Ἐκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνεε τερπνὰ

In calathis pressi cetera lactis habet:  
Nunc abit Italiam, sævos tibi, Roma, tumultus,  
Bellaque blanditiis compositura suis.

## 568. DIOSCORIDIS.

Amne tumens nimio ripas ubi fregerat, et res  
Et villam rapuit Nilus Aristagoræ.  
At senior dominus proprio super ipse natabat  
Cespitem, naufragii pars miseranda sui.  
Ut tetigit lacerum vicino culmine tectum,  
Vana diu vetulæ cura laborque manus  
Nunc, ait, estis aquæ; semperque optata colonis  
Unda, nocens uni venit Aristagoræ.

## 569. EMPEDOCLES.

De semet ipso.

Ipse fui quondam juvenis virgoque frutexque

non sortita-est (erat enim tota ut in calathis lax).  
In-Italiam transiit, ut belli et hæc  
cessare-faciat Romam sua molli gratia.

## 568. DIOSCORID.E.

Domum Aristagoræ et bona in-summum auctus,  
Nile, temere-vagâ abstulisti via.  
Ipse vero propria senex natavit-super gleba  
naufragus, omni spe amissa,  
vicini semivastatam ad casam, « Heu! multus, effatus,  
« labor meus, canæque opera indefessa dextræ,  
« aqua omnia facta-estis: hæc autem dulcis agricolis  
« unda in Aristagoram incurrit amarissima. »

## 569. EMPEDOCLIS.

Jam enim quondam ego fui puellusque puellaque,  
rubsque, avisque et ex mari ignitus piscis.

O amici, qui magnam urbem flavi Acragantis  
incolitis in acropoli, bonorum curatores operum,  
salvete: ego vero vobis deus immortalis, non jam mor-  
versor inter omnes honoratus, sicuti decet, [ talis,  
vittisque circumdatus coronisque floridis.

## 570. PHILODEMI.

Xantho, cerea, unguentis fluens, Musas-referens-vultu,  
garrula, binis-alatorum pulcrum simulacrum Amorum,  
psalle mihi manibus rorantibus unguentum: in cubiculo-  
oportet me lapidibus-structo aliquando saxo [unius-capaci  
dormire immortaliter multum tempus; cane rursus mihi,  
Xantharium, næ, næ, dulce hocce melos.  
Non audis, tu, homo fenerator? in cubiculo-unius-capaci  
opus-est tibi vivere usque, infelix, saxo.

## 571. ANONYMI.

In novem lyricos.

Sonuit ex Thebis magnum Pindarus; spirabat-jucunde

Atque avis, eque mari portatus piscis ad ignem.

## EJUSDEM.

O quibus excelsa sedes Acragantis in arce est,  
Egregii cives, solidæ virtutis amantes,  
Vivite; non vobis homo nunc ego, sed Deus expers  
Mortis ago: sic me sancto venerantur honore,  
Et vittis populi sertisque virentibus ornant.  
Nam simul intravi florentes civibus urbes,  
Femineæ gentes atque agmina magna virorum  
Accurrunt, et opem deposcunt rebus egenis,  
Seu quibus oraculis opus est, seu corpora quorum  
Usta diu variis quærent solatia morbis.

## 571. INCERTI.

De novem Lyricis.

Carmina Pindaricis fidibus sublimia, dulcis

ἡδυμελεὶ φθόγγῳ μῦσα Σιμωνίδει·  
 λάμπει Στησίχορος τε καὶ Ἴβυκος· ᾗ γλυκὺς Ἀλκμάν·  
 λαρὰ δ' ἀπὸ στομάτων φθέγγετο Βακχυλίδης·  
 5 Πιεῖδ' Ἀνακρέοντι συνέσπετο· ποικίλα δ' αὐδᾶ  
 Ἀλκαῖος κώμῳ Λέσβιος Αἰολίδῃ.  
 Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτῃ Σαπφῷ πέλεν, ἀλλ' ἐρατειναῖς  
 ἐν Μούσαις δεκάτῃ Μοῦσα καταγράφεται.

## 572. ΛΟΥΚΙΑΛΙΟΥ.

« Μουσῶν Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' αἰεῖδεν »  
 ἔγραψε ποιμαίνων, ὡς λόγος, Ἡσίοδος.  
 « Μῆνιν αἶεζε, θεᾶ, » καὶ « Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα »  
 εἶπεν Ὀμηρεῖω Καλλιόπῃ στόματι·  
 καὶ ἐπεὶ δεῖ γράψαι τι προοίμιον. Ἀλλὰ τί γράψω,  
 δεύτερον ἐκδιδόναι βιβλίον ἀρχόμενος;  
 « Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς, οὐκ ἂν ἐσώθην,  
 « εἰ μή μοι Καῖσαρ χαλκὸν ἔδωκε Νέρων. »

## 573. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Μὴ σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίας, ὦνθροφ', ἔσσο τραπέζης,  
 ψωμὸν ὀνείδειον γαστρὶ χαριζόμενος,  
 ἄλλοτε μὲν κλαίοντι καὶ ἐστυνωμένῳ ὄμμα  
 συγκλαίων, καὶ σὺν γελῶντι γελῶν,  
 οὔτε σύ γε κλαυθμοῦ κεχρημένος, οὔτε γέλωτος,  
 καὶ κλαυμιλῆς, καὶ γελωμιλῆς.

## 574. [ΑΔΑΔΟ.]

Ἡμάζευσα καὶ αὐτὸς δ' τρισδύστηνος Ἀναξίς  
 τοῦτον εὐσζων καὶ βίοντον βίοντον.  
 Οὐ μὴν πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἤλασα· λάξ δὲ πατήσας  
 λυσσώδῃ ζῶην, ἤλυθον εἰς Ἀΐδου.

## 575. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Οὐρανὸς ἄστρον τάχιον ἀποσβέσσει, ἢ τὰ γὰρ νυκτὸς

dulciter-modulata voce musa Simonidae;  
 fulget Stesichorusque et Ibycus; erat dulcis Aleman;  
 mellea autem ex ore effatus-est Bacchylides;  
 Suada Anacreontem sequebatur-comes; varia autem sonat  
 Alcæus festo-cantu Lesbios Æolida.  
 Inter-viros autem non nona Sappho fuit, sed amabilibus  
 in Musis decima Musa inscribitur.

## 572. LUCILLII.

« A Musis Heliconiadiibus ordiamur cantum, »  
 scripsit pascens-gregem, ut fama est, Hesiodus.  
 « Iram-monorem cane, dea » et, « Virum mihi enarra,  
 dixit Homérico Calliopa ore; [Musa »  
 et me vero oportet scribere aliquod proœmium. Sed  
 secundum edere libellum incipiens? [quid scribam,  
 « Musæ Olympiades, filie Jovis, non essem-servatus,  
 ni mihi Cæsar as dedisset Nero. »

## 573. ΑΜΜΙΑΝΙ.

Ne tu quidem alienæ, o homo, accumbe mensæ,  
 offam contumeliosam ventri gratificans,  
 nunc flenti et tetrico vultum  
 adflens, et rursus ridenti arridens,  
 neque tu fletus indigens neque risus,  
 et flendi et ridendi societas.

## 574. ΑΝΟΝΥΜΙ.

Vexi et ipse infelicissimus Anaxis  
 hanc ægram et non-vitam vitam.  
 Non vero multum in tempus promovi; sed calce insultans  
 amentem vitam, adii Plutonis domum.

## 575. PHILIPPI.

Polus astra citius exstinguet, aut forte nocte

Nili nisi mel redolet Musa Simonidea.  
 Stesichorus fulget, sed nec minor Ibycus : Aleman  
 Suave canit, tenerum pagina Bacchylidæ.  
 Blandus Anacreion, Alcæus flexile lingua,  
 Æolide ut Lesbii concinit albus olor.  
 Non debet Sappho numerari nona virorum,  
 Pierio decimam sel facit illa choro.

## 572. LUCILLII.

Dent Heliconiades nobis primordia Musæ,  
 Ut fama est, pastor dixerat, Ascrea, tuus.  
 Calliope verbis sacundi dixit Homeri :  
 Iram Diva refer : Dic mihi Musa virum :  
 Et mihi principio quodam est opus : unde sed, oro,  
 Ordiam, ut surgat charta secunda mihi ?  
 O Heliconiades, soboles Jovis aurea, salvus  
 Non essem, Cæsar ni daret æra Nero.

## 573. ΑΜΜΙΑΝΙ.

Ne tibi sit tanti ventri servire, potentum  
 Ut mensis inhians sordida frusta petas,  
 Et lacrymes, quoties rex tristia contrahit ora,  
 Risurus, simul ac riserit ipse, magis,  
 Cum tibi lætandi neque sit neque causa dolendi.  
 Ast ego tam Miliæ rideo quam lacrymo.

## 574. [LUCILLII.]

Ipsæ quoque in multis hanc aurigatus Aganax  
 Vitam sum miseram, si modo vita fuit.  
 Haud agitare diu libuit mihi, calcibus ævum  
 Triste terens prospero Ditis adire domum.

## 575. PHILIPPI.

De Homero.

Exstinguet prius astra polus : sol ipse soporis

ἥελιός φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται,  
καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀρυτήσιμον ἔξει,  
καὶ νέκυς εἰς ζωῶν γῶρον ἀναδράμεται,  
ὃ ποτὲ Μαιονίδαο βαθυκλεῆς οὖνο· Ὀμήρου  
λήθη γηραλέων ἀρπάσσεται σελίδων.

## 576. NIKARCHOI.

Παρθένε Τριτογένεια, τί τὴν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς,  
τοῦμὸν δ' ἀρπαλέα δῶρον ἔχεις παλάμῃ;  
Μέμνησαι τὸ πάροιθεν ἐν Ἰδαίοις σκοπέλοιςιν  
ὥς Πάρις οὐ σέ καλὴν, ἀλλ' ἐμ' ἔδογμάτισεν.  
Σὺν δόρῳ καὶ σάκος ἐστίν· ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπάρχει·  
ἀρκεῖ τῇ μῆλῳ κείνος ὁ πρὶν πόλεμος.

## 577. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

Οὔδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος· ἀλλ' ὅταν ἀστρῶν  
μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἑλικας,  
οὐκέτ' ἐπιψαύω γαίης ποσὶν, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ  
Ζανὶ θεοτρεφῆος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

## 578. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Εἰς τὰ κωνικὰ Ἀπολλωνίου.

Ἦν ἦδε βίβλος ἐνδον ὠδίνῳ, φίλε.  
βαθὺς χαρακτήρ καὶ περισκελὴς ἄγαν·  
δεῖται κολυμβήτοῦ δὲ πάντως Δηλίου.  
Εἰ δ' αὖ κυβιστήσῃ τις εἰς ἐμούς μυχούς  
καὶ πᾶν μεταλλεύσειεν ἀκριβοῦς βάθος,  
γεωμετρῶν τὰ πρῶτα λήψεται γέρα,  
σοφὸς δ' ἀναμφίλεκτος εἰσκριθήσεται.  
Τούτων δὲ μάρτυς ἐγγυητής τε Πλάτων.

## 579. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σχῆμα παλαιοτάτων ἀνδρῶν κηρύκιον ἄθρει,  
Θρινακίης οἰκιστὰ Κορίνθιη, δὲ ποτ' ἐπινε  
ἀμφιβόητα ῥέεθρα Συρηκοσίας Ἀρεθούσης.

## 580. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τοὺς Ῥωμαίων μηνάς.

Μὴν ὑπᾶτων πρῶτος. Ὁ δὲ δεῦτερος αὐλακα τέμνει.  
Ὁ τρίτος Αὐσονίων γενεὴν ἐπὶ μῶλον ἐγείρει.  
Τέταρτος ἀγγέλλει ῥοδοδάκτυλον εἴαρος ὥρην.

Tempora nocturnis irradiabit equis,  
Fundet aquas dulces terris circumflua Tethys,  
Mortuus ad superum limina vertet iter,  
Quam nigra surripiant doctas obliviae chartas,  
Et pereat mundo nomen, Homere, tuum.

## 576. NICARCHI.

Dic mihi, quid Venerem bellatrix Virgo lacessis?  
Quod mihi donatum est, cur tua dextra tenet?  
Scis ut me residens iudex in montibus Idæ,  
Non te, formosam dixerit esse Paris.  
Hasta tua est scutumque : meum, Tritonia, malum,

sol nitidam reddet-suam faciem,  
et dulce fluentum mare mortalibus hauriendum habebit,  
et mortuus in vivorum sedem recurret,  
quam aliquando Mæonidæ valde-gloriosum nomen Homeri  
oblivio vetustarum auferet paginarum.

## 576. NICARCHI.

Virgo Tritogenea, quid Cyprin nunc me dolore-afficis.  
meumque prædatrici donum tenes manu?  
Meministi antea in Idæis scopulis  
ut Paris non te formosam, sed me judicaverit.  
Tua hasta et tuus est clypeus; meum vero malum est.  
sufficit malo istud prius bellum.

## 577. ΠΤΟΛΕΜΕΙ.

Novi mortalem me esse et ævi-brevis; sed quando astro-  
inquiero crebras circulares evolutiones, [rum  
non jam tango terram pedibus, sed juxta ipsum  
Jovem deos-alente repleor ambrosia.

## 578. LEONTIS PHILOSOPHI.

In Conicas sectiones Apollonii.

Quibus hic ego liber intus firtus-sum, amice,  
horum alta est indoles et difficilis valde  
opus-est autem omnino natatore Delio  
Si vero rursus aliquis sese-immerserit in meos recessus  
et omnem investigarit sedulo profunditatem,  
geometrarum prima reportabit præmia,  
sapiensque sine-controversia in-censura-veniet.  
Horum autem testis et vades est Plato.

## 579. ΕΥΣΕΒΕΙΟΥ.

Speciem hanc vetustissimum virorum caduceum adspice,  
Thrinaciæ conditor Corinthiæ, qui olim bibebas  
celebratissima fluentia Syracusæ Arethusæ.

## 580. INCERTI.

In Romanorum menses.

Mensis Consulum primus. Secundus vero sulcum secat.  
Tertius Ausoniorum gentem ad bellum excitat.  
Quartus nunciat digitos-habentem-roseos veris horam.

Bellatum de quo sit satis esse semel.

## 577. ΠΤΟΛΕΜΕΙ.

Me scio mortalem, sed cum volventia cado  
Contuor, inque suas astra relapsa vias,  
Non ultra pedibus tango sola, sed Jovis hospes  
Nectare cœlesti pascor et ambrosia.

## 580. INCERTI.

De mensibus Romanorum.

Primus habet fasces mensis : secat arva secundus  
Tertius Ausoniis legionibus induit arma :  
Quartus purpurei depromit veris honores.

Εἰμὶ ῥόδων γενέτης. Καὶ ἐγὼ κρίνα λευκὰ κομίζω.  
 Οὗτος ἀμαλλοδέτης. Τὰ δ' ἐμὰ περὰ Νεῖλον ἐγείρει.  
 Οὗτος ἐρισταφύλῳ πεφίλημένος ἐπλετο Βάκχῳ.  
 Τεύχῳ δ' οἶνον ἐγὼ μεληιδέα, χάσμα βροτοῖσι.  
 Λαῖτα φέρω χαρίεσσαν ἐς οὐνομα φωτὸς ἐκάστου.  
 Φορμίζειν δεδάχηκα καὶ ὑπνώνοντας ἐγείρειν.

581. ΑΔΗΑΟΝ.

Τοξότα, Πιερίδων μεδέων, ἐκατηδὼλε Φοῖβε,  
 εἰπὶ κασιγνήτῃ, κρατεροῦς ἵνα θήρας ἐγείρῃ,  
 ὅσσον ἐπιψαῦσαι μερόπων δέμας, ὅσσον αὔσαι  
Versu 7 an σωρῶς? » B. Legitur in Eudocia Violar p. 123. « Hymnus hic sapius a choris decantatus et haud dubie lapidi inscriptus in ipso templo repositus erat. Fragmenta enim ex lapide descripta leguntur in Inscr. Berol. n. 38. » Hecker. I, p. 195. — 1. Hic versus in marg. scriptus cum « emmate et sine sigla, » ut argumento indicando positus esse videatur. » Paulss. Et εἰραρότην est v. 10. « Φιλεύτον. Hoc epithetum et omnia quæ hymnographus congesti interpretatus est Fr. Gallius in Catalogo Bacchi epithetorum. » B. — 6 ἐγερσίχ. Cod., altero ρ super γ posito. — 7. « Ζηλαῖος eum significare videtur, qui, quodcumque animo destinaverit, magno cum ardore exsequitur. » Jac. — 8 ἥτερον. Cod. — 9 θρήϊκα, θύρα. Eudoc. In θιασώτην liquescere; annotant Jac. et Hecker p. 60. — 10 \* ἱραρ. Cod.; εἰραρ. Plan. — 12 λήναιον Cod. — 13. Μαινόλος; qui alibi μαινόλης. Cod. in marg. : μεθυδοότην. — 14 νεβρόδεα Cod. Schol. Wech. : Πανυστία (I, c. 40, 5) Νυκτελίου Διονύσου τέμενός ἐστιν ἐν Μεγαρίᾳ ἐλθοῦσιν εἰς ἀκρόπολιν Καρίαν καλουμένην ἀπὸ Κεῖρός τοῦ Φωρωνέως. — 15 ξενόδοτην Cod., i superposito et in marg. ξενιδοτήν. — 16 ὀρεσκόον Lobeckius. — 18 ῥηνοδόεα ῥηνοχορῆα Cod., superposito φ et in marg. ῥηνοφορῆα, probante Salmas. Quod ῥηνοφορῆα esse disputat Hecker. p. 141 seq. Plan. ῥηνοχορῆα. Scaliger ῥηνοτορῆα. Illud explicat schol. W. : τὸν ἐν μέσῳ τῶν ποιμένων (ποιμνίων;) χορεύοντα; τὰ γὰρ ῥῆνα (sic) σημάίνει τὰ πρόβατα. — 19 σεμειλῆν. Cod. — 20 τυρηνολ. Cod. — 21. Ἐπνοφρόνη, qui somnum pellit, ob sacra nocturna. — 22 φωρομανῆ Cod. in marg. — 23 χαλῆφρονα, χρυσομίτην Cod. — 24 ψυχολόγην Eudocia. — Ψορομήδεα, qui clamorem meditatatur, clamor; propter strepitum bacchantium. — 25 ὠρηνομιότην, ὠρεσιτρόπον, ὠρεσιλοιπόν Cod.; ὠριον, ὠμηκτῆν, ὠρεσιτρόπον (edd. velt. ὠρ.). Cod. — 26. Hic ultimus versus ter repetitus in Codice, « aut mystico quodam usu, aut librario ludente. » Jac. Apud Salm. ἱραρ.

DXXV. Lemma : ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα κατὰ στοιχείον ἀπὸ τοῦ ΑΒ μέχρι τοῦ Ω. ἑρωϊκὸν τὸ μέτρον. — 1 ὑμνέομαι Cod., o ead. m. haud distincte in ω mutato. Versus legitur ante initialem siglam versui 2 præfixam (quare eum abesse putabat Salm.). Citari eum a schol. Soph. CEd. T. 159 scribit Heckerus, ubi non vidi. — 2 ἄβρογ. Cod. — 7. Ζηνοδόρεα, ut Jovis ὑπομήτην in oraculis. Deinde legebatur Ζηνοδοτήρ Alterum Brodæus et Boiss., coll. ep. 524, 7. — 8 ῥῥῥῥῥῥῥῥ Plan. — 11 καρπογενέλην Cod. teste Salm. — 12 λυροθήγεια Cod.; alterum Plan. « Æque convenit λυροβελγία. » Lobeck. Pathol. elem. p. 537. Quod melius esse videtur. — 13 μυστοπόλον Plan. — 14 νεβροχαρῆ Cod.; νηπαῖον τε Plan. — 17 πηρών Cod. sec. Paulss. — 18. Πηκτελέων de sole oriente interpretatur Brodæus. — 21 in fine ὠφονετα Cod., superposito ω tertiae literæ; ὠφονετα Salm.

mas., ὤψεντα Brunckius, quod posui, « nisi quis malit ὤψιμεδοντα. » Legebatur ὑπείδοντα ex Plan., cujus codd. inter hoc et ὑπείδοντα variant. — 23 χρῆμα. et χρυσό-χρον Cod. — 25 ὠκύπορον Cod., alterum Plan. In fine ὠρεστικοίτην Scaliger, de νομίῳ Apolline. — 26 om. Plan.; ὑμνέομεν e Cod. Salm.

DXXXVI. Lemma : εἰς τὴν τύχην Ῥωμαίων. Simile est ep. 518, unde hoc manifesto expressum. — 4 δ' ὅμως Cod., sed in marg. : οὐρανὴ δ' οἶμος, et sic Plan.

DXXXVII. Lemma : ἐκ τοῦ (τῶν Jac.) Ῥοδότου. Scil. V, c. 26. Oraculum Hipparcho per somnium datum. « Lemma in Codice 1630 : εἰς τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας. — 1 τετληκότι cod. 1630. [Et eodem modo Regius alius ap. Cramerum.] — 2 ἀδίκων πτίσιν idem cod. » B. Cod., Plan. et liber Cram. ἀδίκων τ., ap. Herod. ἀδικῶν. In fine ἀποτίσῃ Cod.

DXXXVIII. In lemmate repetito Παλλαδᾷ τοῦ μετεώρου, quo titulo ornatur etiam in lemm. ep. 481. Conf. XI, ep. 269. De statuis deorum dearmque ad Christianorum cultum translatis, et sic servatis. Ignota Jacobsio hæc *Varina*. — 3 φάλην Cod., corr. Reisk.

DXXXIX. — λέχος πολλοῖσιν ἐτύχην Plan., quod valde placet. Λέκτρον Jacobs. non est ausus mutare ob correctionem in voce Ἠλεκτρώνας ap. Hesiod. Scut. 3, Apoll. Rh. I, 748.

DXXX. Lemma Plan. : εἰς ἀργοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύτης προαγωγῆς. — 2 ὅτι μέχρι σοῦ Cod.; ὅτι καὶ μέχρι σοῦ Plan., quod cum Brunchio recepit Boiss., præferendum Jacobiano ὅ; ὅτι μέχρις σοῦ.

DXXXI. Lemma : εἰς Ἰσαύρους διὰ τὸ τάχος. Lusus.

DXXXII. « Scriptum, ut videtur, in penuria cucurbitarum plantarum. — 1 κολόκυντε Cod., sed in apogr. κολόκυνθε, quod posui. — 2 οὐ σικύων γένος Cod., sed punctis subnotatum; idem κολοκυντῶν, θ posito super τ. Apogr. κολοκυνθῶν, in lemmate etiam habens εἰς κολόκυνθῶν duplici accentu, sed mox κολόκυνθος. » B.

DXXXIII. De bestiario qui in amphitheatro per sollertiam immittens a leone aliave bellua vitæ periculum effugerat. — 1 δ' ἐ; Cod., corr. Reisk. — 2 ἀνεγρομένοιο δ' ὑπερβεν Cod., corr. Jacobs. — 4 οὐδὲ λάβεν (sc. ὁ θῆρ τὸν ἄνθρωπον) Jac. ut ex Codice; οὐδ' ελαβεν (sic) apogr. Par., quod posuit Boiss. Deinde Cod. δὲ μετὰχρον, corr. Reisk.

DXXXIV. — Plurimæ sunt in historiis veterum narrationes de simulacris deorum sudantibus, ardui belli aut rerum novarum aut exitii omine. Boiss. : « Itinerar. Alexandri c. 17 : *ter in Asiam auspicanti nuntiatur Orpheus musici statum plurimum sudavisse, idque laboris fore ingentis indicium literatis laudes ejus cantantibus dictum.* » Quod alius generis et hinc alienum est prodigium.

DXXXV. « Lemma ad v. 1 : εἰς Διόνυσον. Ad v. 2 : εἰς ὠκύπορους. Hoc malum minus. Scriptum est epigr. in laudem urbis ignotæ. » B. In Codice scriptum ut duo epigrammata; in Plan. est unum. — 2 ξεινούς et ναέτας Cod., cujus in marg. : ὠρεῖον. « Dictum fere ut illud Nicia ap. Thueyd. VII, 77 extr. : ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κευαί. Cui prævit Sophocles CEd. T. 56,

huic fortasse Themistocles, cujus verba servavit Justinus II, c. 12. » Jac.

DXXXVI. In Plan. *Nestori* inscribitur, errore ex sequenti epigr. orto. « Conf. ep. 362. » B.

DXXXVII. Lemma : εἰς ἡνίοχους. « Male. Est scriptum in obrectatores. » B. — 1 θρυλλήσ. Plan.; ἐπεπαύσατ' Cod. — 3 καὶ δὲ τις Cod.; ἦν δὲ τις Plan.; καὶ Brunch; ἐβέλησιν Cod. « Ad nostrum carmen respicit Gregor. Naz. Epist. XXXVI : ἡποσύνην δεδαῶτα μὴ ἄδειν ἐβέλει ἡ ποίησις μὴ τί γένηται; μὴ καὶ τῆς ἡποσύνης διαμάρτης καὶ τῆς ψόης. Hinc etiam profecta videtur paroemia hæc ap. Erasmus : *Equilandi peritus ne canas.* » Jac.

DXXXVIII. « Lemma Planudeum : στίχοι ἔχοντες τὰ εἰκοσι τέσσαρα γράμματα. Forsan describitur auriga molli ac delicata veste ornatus. Villosionus qui Diatr. p. 8 hunc versum e codice Math. Chrysocephali post Lequeinium recital non meminerat pridem editum esse in Anthologia Planudea. Alium ibidem versum describit eodem artificio compositum ut quatuor et viginti literas alphabeti complectatur, ac iambico metro :

Ζευχθεῖς πτεροῖς ἐκλαγξε βομβῶδῃ φόρον.

Utrumque versum reperi olim in cod. Veneto 83, p. 1; reperi et in cod. Paris. 3058, sub nomine Ἰω. τοῦ Τζέτζου. Latinos versus similes, etiam gallicum unum quæras, si tanti esse videbitur, in Tabouroti Miscellaneis, cui index « *Les bigarrures du seigneur Des accords* », c. 20, p. 279. » B.

DXXXIX. Ad hunc quoque versum refertur lemma Plan. « Nihil est in hoc versu præter verba et voces. » B. — φθογγάζεται Cod., superposito ο.

DXL. Lemma : εἰς Ἠράκλειτον τὸν Ἐπείσιον (sic). Legitur etiam ap. Diog. Laert. IX, 16 et Hesych. Miles. p. 21. — 1 εἴλω Plan. — 2 τὸ δ. ἀτραπητός Cod., sed η punctis in i verso. — 3. « De accentu vocis ὄρνη conf. Lobeck. Paralip. p. 358, not. 71. Μύστης, interpretis illis tanquam mysteriis philosophiæ initiatus. Socrates quum illum librum legisset, dixisse fertur : *Δηλοῦν δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ.* » Jac.

DXLI. Lemma : εἰς ποτήριον. « Gallice convertit Boivin Memor. Acad. Inscriptt. t. II, p. 290. » B. Loquuntur pocula, in sphaeræ dimidiatæ formam efficta, alterum borealis, australis alterum sphaeræ stellis ostendentia. Pocula enim fuisse planiora et patula, pateris similia, in quorum *interiore parte* (ἐντοσθεν Theocr. I, 32) sidera sculpta erant, exponit Hermannus ap. Meinek. ad Theocr. p. 181. — 1 διογένης Cod., sed primæ syll. superposito θει. Probabiliter Brunchius intelligit Theogenem Apolloniatam mathematicum, de quo Sueton. Aug. c. 91. De Pisone v. ad VI, ep. 335. — 3 σφαίρη Cod., superposito σ. — 4 τὰ β. Cod.; τὰν Plan. — 5 μηκέτ' ἐξ ἀρχῆν Plan. male. Idem δοῖα δ' ἐν ἀμφοῖν. — 6 ἀβρεῖς Jacobs. in nott. mss. Legebatur ἀβραι. Τὰ φαινόμενα respicit titulum Aratei carminis.

DXLII. Crinagoras hortatur Philonidem ut minimum scribat quattuor vel plurium adeo personarum, et scribat confidenter : nam ipsum et Bathyllum ei agendo pares esse ut qui maxime. Manifesto Philonides, aliunde ignotus, erat cantor idem et μιμογράφος aut μιμοποιός. Notum est Ba-

thyllum comica, ut tragica saltatione Pyladem, excelluisse. Apposite citatur Lucianus De saltat. c. 66, ubi barbarus quidam ἰδὼν πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρισκευασμένα, ἐξήτει, ἕνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστὴν, τίνες οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ὑποκρινόμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα εἶεν. — 1 τῆτορεςσι Porsonus Advers. p. 274. — 2 μύθων Cod., corr. Reisk.; γράφα ἐν πλ. Codex; γράφει Porsonus, quod a θάρσει pendet; γράφον ἐστὶ Reiskius. Porson. malebat etiam καὶ τοῦτον. — 3 φιλωνίδι Cod., corr. Schneiderus; Φιλωνίδου οὕτε Βαθύλλου Reisk. et Brunn., qui et τοῦ μὲν ... τοῦ δὲ versu seq. — 4 χορὸν χάρ. Codex; χειρὶν Reiskius; χειρῶν Jacobs.; χορῶν Schneid. et Pors., improbabiliter.

DXLIII. Lemma : ἀδιανόητον. « Difficile, praesertim versu quinto, non tamen ἀδιανόητον. » B. « Agitur de Thessalorum in ferocissimis tauris capiendis artificio. Plinius H. N. VIII, 45 : *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice, necare tauros*. Rem disertissime descripsit Heliodorus Aeth. X, 29 et 30. Romæ ejusmodi certamina ad Thessalorum morem primum a Julio Cæsare, deinde a Claudio aliisque exhibita sunt; v. Dion. Cass. LXI, 9, ibique Reimar. Ex veteribus monumentis hunc ludum ταυροκαθάμια dictum illustraverunt Bœttigerus in Calendario aulæ Goth. a. 1804, p. 52, et Millin in *Magas. encyclop.* a. 1808, t. IV, p. 316 seqq. — 2 Junge ἀτευχῆτοι; χειρὶν et θηρῶν accipe ut εἰς θήρας. Est oxymori species : *manibus inermibus armati*. — 3 δενδρουτικῆς π. ζεύξε Cod., quod Grotius vertit quasi legisset δενδρουτικῆς πολλῶν ζ. Verum existimo quod Schneiderus conjecit, et Reiskii ζεύξε postulat proximum verbum in v. 4. Ex Heliodoro apparet intelligendos esse equos calcaribus excitatos ad ferocientem taurum tam prope adactos, ut utrique juxta currant non aliter ac jugo juncti, ζευχθέντες. — 4. Apud eundem Heliodorum Theagenes ἐκπρίπτει ἐαυτὸν τῷ αὐχένι τοῦ ταύρου... καὶ εἰς ἀμμά κατά τοῦ ταυρείου μετώπου τοὺς δακτύλους ἐπιπλέξει... ἐκκρεμῆς ἐφέρετο. Unde apparet ἀμμά in versu seq. idem esse quod πλέγμα, et manus junctas *summisque cornibus* significare inhærentes, quo fit ut tauri cervix *facili negotio* (unde εὐροπον ἀμμά) deprimatur. Suetonius Claud. c. 21, in horum ταυροκαθαμίων descriptione : *Thessali equites, ait, feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt*. Apud Heliodorum autem cornua tauri dicuntur τῇ γῇ προσπεπηγότα καὶ εἰς τὸ ἀκίνητον τῆς κεφαλῆς βίζωθέντα. Comparari meretur Theocritus, qui pedestre cum tauro certamen descriptum dedit XXV, 145 seqq. » Jac. — 6 τόσην ἐξεκύλησε Cod., corr. Salmas.

DXLIV. Lemma : εἰς λίθον βήρυλλον. In Galenē nympha a Tryphone scalptore præclare cælatam in beryllo. Alia Tryphonis gemma pulcherrima, Amoris et Psyche nuptias representans, etiamnum exstat. Γαλήνης simulacrum commemorat etiam Pausanias II, 1, § 9. — 1 \* τρυφὼν Cod. « Ἀνέπειος. Vid. Chardon. Roch. Miscell. t. II, p. 294. » B. — 2 Promissis capillis ficta nympa. — 3 ἦν δὲ Cod. « *Labia per mare navigantia aut nata* » tiam mihi nunquam non offensionis fuerunt. Quare jam olim proposui γαλήνην νοτιερὴν λειοῦντα θάλασσαν. Galenē undas ventis excitatas sedat, unde nomen habet, et ipsum mare tranquillum reddit λεαίνει. » Jac. Probabilissimam emendationem in latinis certe reddidi. — 4. Velim his explicationis aliquid adjecisset Jacobs. aut Boiss. An est metaphora petita a nutricibus, quæ uberibus θάλγουσιν infantes, ut tranquilli maneant et obdormiscant? — 5 ἦν δὲ μοι Cod. et apogr. Par., non δ' ἐμοί. Idem νεύσει,

corr. Brunn. In his quoque sententiæ Addæi non sum certus.

DXLV. Poeta M. Claudio Marcello, Octaviæ Augusti sororis filio, Callimachi poema Hecalen dono mittit, pares Theseo vires et famam ut puer assequatur optans. — 1. « Τορευτὸν. Schol. Wech.: σύν πόνω καὶ ἀκριβείᾳ κατασκευασμένον, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τορευόντων, ὅθεν καὶ τορεία ἀντι ρητορείας, καὶ « τορευεῖν ὥδῃν (Aristoph. Thesm. 986) » ἐστὶ τὸ τορῶς καὶ μεγαλοφωνοτάτως λέγειν καὶ φθεῖν. — 2 ὠνὴρ et κάλους Cod.; κάλως Plan. Illud ap. Homerum et antiquiores alios. Proverbialē locutionē πάντα κάλων κινεῖν, στείν, tractavi in Anecd. t. I, p. 98, n. 2. t. II, p. 434, n. 2, ad Pachymeris Declam. II, p. 29. » B. — 3 δ' α (punctis deletum) ἐκάλ. Cod. Alterum hemistichium sumptum ex ipso Callimachi poemate, ubi hospitale Hecales tugurium relinquens Theseus hæc dicebat :

Πολλάκι σεί', ὦ μάτα, φιλοξείνοιο καλῆς;  
μνησόμεθα· ξυὼν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἄπασιν.

— 4 τοὺς ἐπέθ. Plan. De re v. Plutarch. c. 14. — 5 τοῦ οἱ Cod.; νεαρῶν Plan., et fort. Cod. a pr. m.; nam Salmas.: « νεαρὸν correctum. » In marg. Cod. εἰνάρεσθαι. Antiquis in libris sæpe dubiæ literæ H et N.

DXLVI. Navigantium modesta oblectamenta describuntur. — 1 αὐτὴν Cod., corr. Salmas. « Πρύμνῃν » intellige navis tabulatum vel κατάστρωμα quod est in puppi. Ibi vulgus navigantium cubare solebat; v. Casaub. ad Theophr. Char. XXII, p. 216. Delicatiores sub tabulato cubilia habebant. — 2 τύματα Cod., corr. Reiskius. Quis hic non meminerit loci Ciceronis Ep. ad Attic. II 7, : *cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait Iulus amicus Sophocles,*

καὶ ὑπὸ στέγῃ  
πυκνῆς ἀκούειν ψεκᾶδος εὐδούσης φρενί.

— 3. Μύλακες sunt saxa in subitaneum focum structa: unde per interstitia passim ignis luctatur et prorumpit, βιάζεται. Reiskius intelligebat ignem ob corrasilem et ineptam materiam *ægrime* urentem. » Jac. Huschkius ἐπὶ τούτῳ. — 5 καὶ κρ (superposito ε) ὑπὸντα ἰδοίμ: (sic Paulss.; ap. Jac. id., punctis subnotatum, ἰδοίμ) Cod. In marg. ἰδοίμ διήκονον ἦδη τράπεζαν, et in infima pag.: καὶ καὶ ῥύποντα ἰδοίμ διήκονον ἦδη τράπεζαν. Sic et apogr. Par. Huschkius ex aliis apographis καὶ καὶ ῥύπων' ἰδοίμ, Jacobs. εἰδοίμ, quod edebatur. Sed Meinekius p. 215 et O. Schneiderus particulam καὶ hic locum non habere docuerunt; vocem κρέα, prope scriptam in Codice, poscere quæ præcedunt et sequuntur, viderat etiam Heckerus, qui eruebat κρέ' ὅπῳν' ἰδοίμ δ., corrigendum καὶ κρέ' ἰδοίμ' ὅπῳντα δ. « Quod operosius. Antiphilus meminisse videtur homericorum Il. A. 776 : σφῶι μὲν ἀμρὶ βοῶς ἐπέστον κρέα. Simplicii uti poterat pro ἀμφιέπειν, ut in illis Il. Z, 321 : τὸν δ' εὖρ' ἐν βλάμῳ περικαλλέα τεύχε' ἔποντα. Hiatum autem ante ἰδοίμ nihil offensionis habere, jam Meinekius observavit, proponens καὶ κρεουρῶντα (tribus syllabis efferrandum) ἰδοίμ. » O. Schneider. Cujus emendationem recepi, non ab omni parte securus. Deinde ἡ δὲ τράπεζα edebatur cum Jensio; sed ἡ δὲ scribendum erat auctore Reiskio. — 6 ἐστῶμαι (sic) πρώτη Cod. (qui in marg.: ζῆτε.), sed apogr. Par. ἐστῶμαι. Alterum correxit Jacobus Boiss.: « Πρώτη an dici possit pro *quævis*, ut nobis *le premier venu*, valde dubito. Scripsi στρογγύ, *tabula quæ-*

*vis vel rudior tabulato navis imposita.* » Confertur hoc Persii V, 146 : *tibi torta cannabe fulto Caena sit in transtro?* — 7 *εἰ καὶ τύχη* Cod., corr. Reiskius. « Δὲ λῆβε est ludi genus, memoratur Stratonii XII, ep. 204, 1 : *δὲ λῆβε παίζει* Σωσιάδας, qui ad nequitiam detorquet. — 8. Τὸν φιλόκοινον, qui non exquisitas voluptates, sed communia et vulgaria capto. » Jac.

DXLVII. Lemntati additum : *μονόστιχον.* « In apogr. Par. *μονόστιχον.* Conf. ep. 491. Similes versus sunt supra ep. 538, 539, ubi vid. » B. Sensus obscurus.

DXLVIII. De puerulo apum stimulis confecto. Eandem historiam narrat Antiphilus supra ep. 302. — 1. Ἀποπλαγνῆν, vide ep. 240, 1. — 2. Βουγενίης, apes, ex nota fabula. « Vid. not. ad XII, ep. 249. » B. — 3 ὁ δειλαιός et μελίσσαι Plan., sed Ascens. et Steph. μελίσσαι. — 4 *ἐχέων* Cod. Quod ante pro depravato habebat *αὶ δέ*, Jacobsius recte tuetur in Del. p. 401, pro ὅμεις δέ dici exemplis ostendens; tamen in nostri exempli margine scripsit : « Fort. *ἄλλ' ἐγ.* » Boiss. : « Apogr. Par. *αὐδ'.* Scripsi *αὐτ'*, relatum ad ὅμεις. » — 5 *ἐναυμάζατε* Cod. et tres libri Planud. ap. Brunck; corr. Salmas.; *ἐσεμάζατε* edd. Plan. — 6. Γλυκὴν χάρη, mel.

DXLIX. In Plan. bis legitur, primum *Antiphilo*, deinde *Antipatro* in-scriptum, sed vett. edd. et cod. Medicus etiam altero loco Ἀντιφίλου. De fonte, cujus aqua post mortem Agricolae cujusdam exaruerat. — 2 *δαλίου* Plan. — 3 *ἀγρικολὰς τετράμμεθα* Cod., corr. Brunck.; Ἀγρικολὰς τετράμμεθα vel τετρίμμεθα Plan.; δάκρυα ἐπ' Ἀγρικολὰ Salmas. Est genitivus qui dicitur passivus. — 4. « Nihil hac ἐνοίᾳ frigidius. » Jac.

DL. Adscriptum in Cod.: ὥρατον. « Gallice reddidit Villosion. Mem. Acad. Inscript. t. XLVII, p. 301. » B. In Tenzum, parvam insulam ex Cycladibus, nunc Delo florentiorem; sed ob incerta fata ei non esse superbiendum de hac condicione poeta significat. — 1 *κρίνην* Cod. et Plan. usque ad Ascens., quæ κλείνειν, Stephanus κλείνειν. — 2 *πτηνοὶ ὄρλε* Cod., sed in marg. πτ. τῆνε, ut Plan., quæ male Βορπιάδα. Boreæ filios Zeten et Calain Hercules occidit Τῆνε ἐν ἀμυγρῷ, ibique sepelivit, Apoll. Rhod. I, 1304, quem locum totum ponit schol. Wech. — 3. Ὀρτυγί, vetus nomen Deli. — 3. Celeberrima primitiarum ex Hyperboreis in Delum delatio annua cum magna festivitate, Herodot. IV, 33, etc. — 5 *ζωης* Cod., superposito et. — 6. Conf. ad ep. 408.

DLI. Poeta explicat quare ἑρωδιός sive ardea avis a Chalcedoniis *proditoris* nomine afficiatur et tanquam hostis penas det; ipse quoque hortatur cives ut lapidibus eum impetant. Urbem, cujus nomen depravatum in *Conche*, Καλχηδόνα esse consentiunt Heckerus, Meinekius et Ungerus *Beitr.* p. 22. Quod ut ex ἀντιπέρθεβεν 2. 5 suspicari licebat, ita certum redditur versibus Demosthenis Bithyni ex libro IV Βιθυνιακῶν servatis a Stephanano Byz. v. Ἡραία, quos Heck. indicavit : Alluit Herodotus, Chalcedonis promontorium,

κόλπος ἁλός; φαίης κεν ἰδὼν βαθυδινέα πάντα ἔμμεναι, εἰαμένη δὲ καὶ οὐ βάθος ἐστὶ θαλάσσης.

Inter Byzantinos autem et Chalcedonios, quamquam numi concordiam celebrant harum urbium, bella nonnunquam percessisse, ostendit Polyæn. VI, 25, a Meinek. cit. Denique Ungerus numum commemorat delineatum in

Polluce Hemsterhusiano post p. 1026, in quo canis allatrare videtur « seu struthionem seu ciconiam », ait Hemsterh. p. 1053 : quem ipsum esse ἑρωδιὸν nostrum statuit vir doctissimus. — 1 *Κολχιδῶν* Cod.; Καλχηδῶν posui, quod multis numis inscriptum, quia propria priorum nominum dialectus non raro servatur; ut Καλχηδῶν non videatur esse necessarium. Boiss. conjiciebat Κόλχων τὸν δῶστ. Legebatur ἐγθρα κολ., quod correxit Reiskius. — 2 ταῦ δὲ γάριν προδότη; Jacobsius, ob juncturam, probantibus Meinekio et Hermanno; articulum tamen recte tuentur O. Schneider. et Unger. collatis illis ap. Xenoph. Anab. VI, 6, § 7 : ἔβαλλον τὸν Ἀξίππον, ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην (ubi v. Krüger.), neque οὐρῆς necessarium esse observant. Pro αἰ « languidissimo » Hermannus scribit ἐκαί. Conf. ad sequentem versum dicenda. — 3 Φοῖβος ἐρῶ Meinekius : *veridicus vales dicam.* At vere Hermannus, nihil quioquam hic fuisse *veridicum*, sed narrandum. Ipse confidenter Ποῖνός ἐρεῖ, i. e. *Pæmus*, Ποῖνιξ dicendus, « nisi Φοῖβος viri nomen est », et initio Καρχηδῶν, de Carthagine inaniter disputans. Schneidewinus : τοῦπος; ἐρεῖ. Deinde Codex : τ' ἐναγετονοῖ; εἰς, corr. Ruhnkenius. Hinc quæ sequuntur bene procedunt, sed prægressis non apte juncta, adeo ut lacunam post ἐρεῖ statuerit Reiskius. Mihi versus 2 interrogative efferendus videtur, quod prope postulat τοῦ χάριν sine particula positum. Tertio versu respondetur : ποῖνός ἐκαί τεναγῖν ὅτ' εἰς δια etc., sive aliud malis pro Φοῖβος, sed Hermanni ἐκαί huic loco eximie aptum est. Ποῖνός; intelligo de colore sanguineo, quo est apud Buifonem *le héron pourpré du Danube* (in quibus regionibus res agitur), cujus hanc lego descriptionem : *Le cou, l'estomac, et une partie du dos sont d'un beau roux pourpré; de longues plumes affilées de cette même belle couleur partent des côtés du dos et s'étendent jusqu'au bout des ailes et en retombant sur la queue.* — 4 φαμμίτην Cod. Verbum Jacobsius olim derivavit « ab ἔθημος, unde ἐθημοσύνη », pro more colligebat, quod probare videtur L. Dindorf. in Thea. In Pal. depravatum judicat et conj. ἐθαινολόγει, Bernardus ἑθαινολόγει, Lobeckius ad Ajac. p. 161 ἐθαινολόγει, in *litore colligebat*; Meinekius ἐθημολόγει, probatus Ungerus : Hermannus φαμμίτη; δόρπον ἐθημολόγει. — 6 πεζοβατεί; aut πεζοβατεί; Cod., corr. Reisk. Dictum ut πεζοῦ τὴν θάλασσαν. — 8 κόλχους καὶ βρῶν Cod. a pr. m., radendo in βρίων versum; βρίων apogr. Par., correctæ in apogr. Vossiano. « Sed forma κόλχος quoque in usu fuisse videtur Schæfero ad schol. Apollon. p. 249. » Jac. *Ælian.* N. A. X, 5 : οἱ κοχλῖαι ἱσασιν εἶναι σπιν πολεμίου; ... τοὺς ἑρωδιούς, καὶ αὐτοὺς ἀποδιδράσκουσιν. De sententia distichi vehementer dubitatur. Quæ scripta sunt intelligi non possunt nisi post *ἐκ δηλῶν* statuas ironice παρὰ προσδοκίαν adjici κόλχους καὶ βρῶν. Pro mercede hostes proditorem sinebant conchis et alga frui. Βαρὺν in βραχὺν mutans Hermannus sine ironia dictum ita accipit : *Lapidibus petite avem, quia nimis tenuem mercedem tulit ab hostibus*, qui tranquillam piscationem concesserant avi aquæ modum et vada ipsis utiliter indicanti. Meinekius : « Nullo pacto intelligetur quo jure ardea algam et conchas, quibus colligendis illa hostibus viam expugnandæ urbis monstraverat, gravis mercedis loco ab hostibus accepisse dici possit. Ex mea sententia poeta hoc dicere debuit : abigite infelicem avem, quæ conchis colligendis perniciem nobis attulit. » Proponit autem μόχθον pro μισθόν, et ἐκδητῶν (*excidens*) κόλχους, correctionem non perficiens. Ungerus : ἐπεὶ βαρὺν εὖρα το μισθόν Ἐκ δηλῶν κόλχους etc., de βάλλειν sine λίθοις posito affertens Themist. Or. XX, p. 293 et Boiss. ad Philostr. p. 510, 436 et ad Anecd. t. V, p. 179.

Denique Schneidewin.: ἐπει θυθὸν εἰργάσατ' ἰσθμὸν  
ἐκζητῶν κόχλους etc., efficacius verbum desiderans pro  
εἰργάσατο. — Videsis Add. p. 643.

DLII. « Loquitur gladius Alexandri Pisoni traditus. » B.  
— 2. Διδασκόμενος ἀπὸ τῆς Ἀλ. χειρὸς exponit Jac. —  
3 φωνέω Brunck.

DLIII. In Cod. sine auctoris nomine nec alio lemmate.  
In marg.: ὦρατον. *Antipatro Thessal.* tribuit Brunck.,  
« recte, ut videtur; nam ejusdem auctoris epigrammatis  
se excipientibus, in Codice interdum nomen ejus nonnisi  
semel adscribitur. » Jac. Boiss. tamen ἀδελφὸν inscripsit,  
cum hac nota: « Multa sunt quibus id epigr. illustretur  
in Gosselini Dissert. de sinu Ambracio in Memor. Acad.  
Inscriptt. t. XXXII, p. 519; Leaki Itin. per Græc. sep-  
tentr. t. I, p. 185. » Retinui ἄλλο. « In urbem Nicopolin,  
ab Augusto in memoriam victoriæ Actiacæ conditam.  
Sueton. Aug. c. 18. Plinius H. N. IV, 1, de Epiro: *in  
ore ipso colonia Augusti Actium cum Apollinis templo  
nobili et civitate libera Nicopolitana.* De Ambracia  
allisque hujus oræ urbibus agens Strabo VII, p. 325:  
Μακεδόνες, αἰτ. καὶ Ῥωμαῖοι καὶ ταύτας καὶ τὰς ἄλλας  
κατεπόνθησαν τοῖς συνεχέσι πολέμοις... ὥστε τὸ τελευταῖον ὁ  
Σεβαστὸς, ὁρῶν ἐκλελειμμένης τελείως τὰς πόλεις, εἰς μίαν  
συνώκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ  
τούτῳ: ἐκάλεσε δὲ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχη-  
σεν Ἀντωνίων... Ἡ μὲν οὖν Νικόπολις εὐάνδρει καὶ λαμβά-  
νει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν. Quibus verbis totum epigr.  
egregie illustratur. — 1. Ἐπίδωλος vocatur Ambracia ob  
pristinam divitias: quare poetæ magnam inter deos de  
hac urbe contentionem fuisse finxerunt, ut ex Nicandri  
Ἑτεροκούμενοι; narrat Antonin. Lib. c. 4. — 6. Δέχνυται,  
tanquam ἀνάθημα. Apollinis enim ibi templum in pro-  
montorio et ludi Actiaci in ejusdem dei, cui Augustus vi-  
ctoriam ibi de hostibus reportatam tribuebat, honorem in-  
stituiti. Quæ omnia Propertius his significat: *Actius  
hinc traxit Phæbus monumenta* (IV, el. 6, 67). » Jac.

DLIV. « Ἀντιπάτρου inscriptum in apogr. Par. » B. In  
fellatricem mulierem Heracleam, ἥδην, ut Hercules,  
amantem. — 1 καλῶ; Cod., corr. Jacobs. « Quam cor-  
rectionem firmat nomen ἡθίων v. 6. » B. — 2. Κεῖνο de  
parte obscena, ut ap. Aristoph. τὸ δεῖνα. — 3 bis legitur  
in Cod., primum omisso αἰγος; et cancellatus. — 5 ἦσαι  
Cod. sine acc.

DLV. In insulam Coreyræ propinquam, parvam quidem  
illam, sed fertilem. « Quæ quum *ridendum* habere no-  
men dicatur, Σύδοτα intelligenda vidit Reisleus. Cui quod  
objicit Jacobs., *tres νησίδες*; eo nomine comprehendi, re-  
fellitur locis Thucyd. I, 54, Cic. Ad Att. V, 9, ubi una  
harum insularum κατ' ἐξοχὴν audit Σύδοτα. » Geist. p. 36.  
— 1 τὴν εἰ καὶ με π. ἔχουσιν Codex; τὴν δ' Emperius; ἐροῦ-  
σιν Reiskius, necessaria emendatione, ut consensu judi-  
carunt Meinek. p. 203 et Geistius; aliud agens Herman-  
nus « solitam esse periphrasim pro περιέγραψαν » scripsit.  
Præterea Reiskius εἰ γοῖ με, quod percommodum, ac  
receperunt Brunck., Jacobs. et Hermann.; sed alterum  
quoque posse dici apparet. — 2 σταδίου Cod. superposito  
ι (σταδίου). — 3 ἐπ' αὐλακα Cod., corr. Jac.; πῖπρ ἀρότρου  
Cod., corr. Toupus. Homerica locutio. — 5 ὑπ' ἰχθύσι  
Cod., corr. Toup. Hesychius: Μαῖρα κύνων τὸ ἄστρον, ἢ  
ἀχμαϊότατον καῦμα. « De μαῖρῃ vide Heyn. Obs. ad Apol-  
lodor. p. 331. » B. Ob hiatum Jac. ἦδ', Meinek. καὶ ῥ' ὑπὸ  
μ., « ut ap. Homerum ». Quem hoc καὶ ῥα uti verbis  
sequentibus animadvertit Hermannus, et scribit ἄν ὑπὸ

μ., quod haud dubie verum, si tolerari non potest hiatus.  
— 8. « Hæc est scriptura Codicis, forsân sincera; forsân  
enim dictum fuit ἐωρίσθην ut ἐώρων, ut ξυνέχων, ut alia.  
Sed quod nomen risui movendo aptum vicina Coreyræ  
insula habuerit nondum est in comperto. » Boiss. De-  
pravata esse nemo negavit. Meinek. verum habet  
Reiskianum: γελᾶσθαι τῷ ἐπὶ ὠρίσθην, i. e. ἰφ' ᾧ γελᾶσθαι  
ὠρίσθην, *nomen accepi, unde mihi fatale erat ridere*;  
« ὠρίσθην idem quod ἐμῆλλον. » Cui longe longaque præ-  
ferendum videtur quod Jacobs. dedit in Add. p. LXXII:  
ἀλλὰ γελᾶστόν, Τῷ μετεωρίσθην, τοῦτ' ἐθ. ὅν, *ob  
illa ipsa re, qua me jactabam, ridiculum accepi no-  
men.*

DLVI. In marg. Cod.: ὦρατον. Pan Nereidas nymphas  
percontatur, quæ Daphnidem in aquis suis exceperant,  
quid de forma ejus judicent. Simile epigramma Glanci  
supra n. 341. — 1 \* νηρηίδες Cod., et in marg. δευτέρως.  
quod ex præcedenti syllaba δαι: ortum putat Jac., in  
πιθακίτιδες commutat Brunck. — 2 κόμην Cod.; in marg.  
κόνιν. « Ἐπαχνεία κόνις est pulvis, ceu ἄχνη, corpori in-  
spersus et inherens. Cogitandum de lanugine pomorum,  
ut mali cydonii; conf. VI, ep. 102, 3. — 4 ἥρεμα et μάλα  
παρηίδα Cod., superposito ι, ut esset—ἰδα. Brundisius  
μάλα παρηιάδων, sed hæremus in μάλα de *genis*, quæ  
significatio certam auctoritatem non habet. » Jac. Boiss.:  
« Non erat mutanda lectio Codicis. Est adjectivum πα-  
ρηίδιος. » Eadem sententia Heckeri p. 378, conferentis  
Lobeck. ad Phryn. p. 556, et addentis: « Si tamen est  
substantivum, facilius est correctio μάλα παρηιδίων. » —  
5 οὐκάρα Cod. Jacobs. in nott. mss.: « Fort. οὐ κατὰ κν. »  
Præstare opinor si hæc non interrogative accipiantur.  
— 6 ἐγνώθην apogr. Par., sed alterum in Cod., et κρατήν  
corr. Brunck. Γυῖώω i. q. πρῶω, hic de *deformibus* in  
Pane cruribus dictum.

DLVII. « Gallice vertit Burret. Memor. Acad. le-  
scriptt. t. III, p. 317. » B. Ariæ Tarsensis stadiodromi  
pernicitas celebratur. — 1 Ἀρίας cod. Reg. 1773. « Κα-  
τελέγει. Schol. W.: ὀνειδίζει, ἐντὶ τοῦ κατασχίνα' σῶμα  
καὶ Πίνδαρο; εἰς Ἀριστομένην ἐχρήσατο (Pyth. VIII, 50).  
— 2 τὸν κτ. Cod.; σὸν Plan. Schol. W.: ἐντὶ τοῦ οἰκί-  
στην... » Boiss., sequentia quoque satis nota aut aliena  
exscribens omnia. Conf. Vales. ad Ammian. Marc. XIV.  
p. 39. — 4. Νῶτον εἰδείτε, quod est ejus qui cursu aliquem  
prævertit. — 5 ὁσπλήγγων Plan. « Similiter Plutus deus  
ap. Lucian. Tim. c. 20, celeritatem suam in aufugiendo  
describens: ἄμα γούν, αἰτ. ἐπεσεν ἢ ὁσπληγέ, κάγω ἦδη  
ἀνακηρύττομαι νενικηκώς, ὑπερηγήσας τὸ στάδιον οὐδὲ  
ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. » Jac. Addit Boiss.: « Hyper-  
bolæ ejus distichi simillimam memini legere in Neckere  
Notitia de Staela p. 29: *une sagacité singulière la por-  
tail au but, sans qu'on la vît jamais sur la route.* »

DLVIII. De hirco qui, lupo appropinquante noctu,  
gregem ab hoste imminente servavit. — 1 πάννηχος Cod.,  
superposito υ. Pleonasmī hujusmodi, qualis οἶαν πάννη-  
χον, nou admodum rara in poetis exempla collegit Pas-  
sow. ad Theognin v. 441, p. 94 Bekk., aucta a Jacobso  
Add. p. LXXII. — 2. Φριμῶσσεσθαι de hircorum balatu  
etiam Theocr. V, 141. — 3 χιμαρόσφακτο; Cod., corr.  
Brunck. — 4 τηλόθι Cod., superposito ε, ac nescio an  
non præferendum sit τηλόθε. Parentheses signa allevit  
Boiss. — 5. Ἀνεγέροντες, poetica vox pro vulgari ἀνεγρό-  
μενοι. — 6 τραγίνου Cod.; τραγίνους; Heckerus p. 109, nam  
in his adj. non rara communis hæc declinatio. Vulgo  
τραγίνος; auctore Brundisio.

DLIX. Lemma : διὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπ' Ἰταλίας. Ex Græcia in Italiam renavigaturus, Menippum amicum rogat ut sibi itineris data descriptione dux fiat. Scripserat autem Menippus τῆς ἐντὸς θαλάσσης (Maris interioris) περιήλουν tribus libris comprehensum, situs locorum et historias enarrantem. Quem librum Crinagoras τότε αὐτὸν κύκλον vocat v. 5. — 3 ἀγρεύω Cod. — 4. Scheria, antiquum nomen Corcyrae. — 5 λάβειν Cod. « Apogr. Par. λάβειν. De locutione συλλαβόμεναι τινι egi ad Philostr. Her. p. 385. Tmesis utilis Plato in loco nobili : ἀγετε δὲ, ὦ Μούσαι, ἔμμοι λάβετε τοῦ μύθου. Exempla tmeseos præpositionis σύν collegit Blomf. Gloss. Agam. 569. » B.

DLX. « Edidit et vertit gallice Chardo Roch. Miscell. t. II, p. 313, sed facta mala correctione. » B. Poeta, nova sibi domo constructa, terræ motum deprecatur. — 1 ἐνοσίχθων Cod., corr. Jacobs., qui annotat : « Veteres philosophos terræ motus modo a ventis terræ visceribus inclusis, modo ab undis derivasse satis constat; v. Plutarch. Plac. philos. III, 15; Seneca Quæst. nat. II, 1, etc. » — 2 ἔρρει Cod., corr. Chardo. Deinde Cod. primum τινασσομένων, eadem ut videtur manu mutatum in τινασσόμενον. — 3 οἰκεῖ Cod., superposito t. In fine Jac. malit οὐ τι. — 4 εἰδ' Cod., corr. Chardo.

DLXI. Lemma : εἰς ἀμπελὸν σκωπτικόν. In vitem invadit, acerbarum parentem uvarum, et ut extirpetur optat. — 2 ἡ βορέου Sx. Plan. — 3 ἡ Passovius Scriptt. misc. p. 206 et Jac. in nott. mss. Sed ἡ rectius est, ni fallor : nam τίς σε πάγος Σκυθῆς idem valet atque ἡ σέ τις πάγος Σκυθῆς, illo modo vividius elatum. Deinde Cod. νιζόβλητος (sic, et s. notato super o) et κρυμωδὲς superposito ε. — 4. Ob σιδηροτόκον intelligendam esse Iberiam inter Pontum Enximum et Caspium mare sitam annotat Jac., ferri feracem, ut vicinam regionem Chalybum. — 5 ὁμακοράγας (sine acc., et ρω superposito) ἐγγείνατο Cod. Vulgo ὁμακοράγας, quod Jac. nott. mss. mutat collato Lobeck. Paralipom. p. 282. In fine Cod. τοῦ ἐπὶ πάντως (ἐπιπίντων; Salm.), correctum inter lin. et in margine. Intelliguntur non anni tempore, sed natura sua immaturæ uvæ, maturis aliis non unquam similes. — 7. Lycurgus, Dryantis filius, rex Thraciæ, de quo Hom. Il. Z, 130 seqq. — 8 θερσίαις (ap Salm. θερσίαις) Cod., superposito τι.

DLXII. Lemma : εἰς τὸν Καίσαρος ψιττακόν. In Plan. Philippo male tribuitur. — 1. « Κύριος, vulgo de nassa, hic de cavea viminibus contexta. — 3. Martialis XIV, 73 :

Psittacus a vobis aliorum nomina discam;  
Hoc didici per me dicere : Cæsar ave.

Alia veterum loca conguessit Burmann. ad Anthol. Lat. t. II, p. 428. — 5. Id est προσεδραμε. [Quod aptum haberi non posse recte observat Geistius p. 38, nisi de τρέχω ἀγῶνα cogitetur, sive legendum esse ἐκράγε, quorum neutrum probabile.] — 6 καίσαρι Cod. in margine sive ut varians lectio sive ut glossa. Δαίμων sic nude positum pro Cæsare mihi valde videtur insolens. Primus Caligula heros deusque salutat est; deinde Domitianus instituit ut nec in sermone nec scripto aliter quam dominus ac deus noster appellaretur, Sueton. c. 13. Malim etiam nunc : διέσπρετα χαῖρ' ἐνέπ. » Jac. Boiss. : « Persius prol. : Quis expeditit psittaco suum χαῖρε? » — 7 οὔρεσιν αἰσῶσι (αἰσῶσι apogr. Par.) δέ x. Cod.; εἰ δέ σε K. Plan.; εἰ δέ σε Jac., nisi malis εἰ; σὲ δέ, explicans in tuam gratiam, tua causa. Emperius οὔρεσι· καὶ σὲ σέ, quod recepi. Salmasius αἰλᾶ σέ, K. Boiss. : « Scripsi οὔρεσι· καὶ σέ σέ, quod Codicis ipsam scripturam exhibet. » Sed prorsus

sine exemplo est. Geistius ἄσα: tenendum esse putat et admissa transpositione ex literarum (x)α:σα et αἰσα similitudine orta, proponit οὔρεσι· Καίσαρα δ' ἄσαι.... ἀπα: δ' οἷς ἀνακρέσται, « expressum (ut opinatur) ad imitationem homerici ἀνεβάλλετ' αἰεδεῖν. » — 8 ἀκλειυτος Cod.

DLXIII. Lemma : εἰς Δημόκριτον φυτοκόμον. In Plandea est Philippi. Loquitur ficus arbor. — 1. « Φιλοπωριστής dubito utrum de hortulano accipiendum sit an de homine delicato pomorum amante. Hoc potius. — 2. Κοῦρον, non molestum ferenti, pauca verba. — 3 λευκοπρωος [an λευκόπρωρος? Boiss.] et ἐπώδιο: Cod. Intelligenda videtur λευκερινὲς arbor, sici species ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα, Athen. III, p. 76, C. — 4. Arboreos fœtus appellat panes sive offas ignis expertes, cibum sine arte ignisque ope paratum. [De genere vocis conf. VI, ep. 176, 4; Heck. p. 148.] — 5 ἐγυρὴν Plan. Versus in infima pagina iterum scriptus, quia in serie ineleganter exaratus. — 6 ἀκρήτου Cod. et Plan.; ἀκράντου Salmasius, quod et Grotius expressit : intacta, ἥς μήποτε χεῖρ ἤψατο, ut grammatici ex falsa etymologia (quasi ἀκράντου), sed vim vocis bene illustrantes. » Jac. Quod etiam Meinek. edidit p. 35. Boiss. : « Servavi ἀκρήτου, puri, non futurum manibus contacti, etsi sic posse ἀκρήτου; adhiberi dubitem valde. » Plan. ἀκρέμονος.

DLXIV. Lemma : εἰς τὸ ἔαρ. Apem ad opus strenue agendum hortatur. — 1 ἡμεροβαλῆς Plan.; ἡμεροβαλλῆς S (cod. Par. suppl. 352). Conf. ep. 374, 3. « Αἰόλον de vere vario et floribus picto interpretantur, i. q. ποικίλον. Fortasse recte, quamquam multo aptius mihi videtur αἰόλα... μέλισσα, aptissimum agilis apis epitheton. Jam Brunck. αἰόλα, quod hiatus damnat. » Meinek. p. 139. — 2 ζουδὴ S; ἐσφορέουσ Cod., et in marg. φωραῖσι (sic Pauls.), quod haud dubie est (ἐ)φ' ὥραισι; ut legitur etiam in S. Salmas. sic : « V. C. ἐφ' ὥρεουσ', ad oram recenti manu ἐφ' ὥραισι. » — 3 ἀδύπν. malit Jac.; τιθέσω Cod., quod correxit O. Schneiderus; τίθεσο S; τίθεσσο Plan.; quod edebatur.

DLXV. Theætetus nova via ad scenicæ poeseos præmia tendebat, cum totius Græciæ plausu, ait Callimachus, etsi iudices ludorum alios forte sint prælaturi. « Hic Theætetus fortasse non diversus fuit ab eo quem Photius teste Lex. p. 615, 9, fuerunt qui nobilissimi in Cratinum epigrammatis auctorem perhiberent; v. Athen. II, p. 39, C. » Meinek. — 1 ἐπικισσοῦ Cod., alterum Plan. Κελευθὴν δδὸν esse nullius ante tritam pede, intactam, copiose docuit Jacobs., qui argumentum quoque carminis primus in clara luce posuit t. VII, p. 292—4. — 4 σοφῶν Meinek.

DLXVI. Argutum epigramma. Quibus prospere res cedunt, hi uno verbo dicunt : vici; sed ambagibus utuntur qui non successisse sibi fatentur. Itaque a deo multa verba injustis, sibi precatur βαρχυσυλλαβίαν, i. e. victoriam. Bacchus quod invocatur, videri potest hoc quoque epigr. ad rem Theæteti pertinuisse. — 2 νικῶε Meinek. — 3 ὦ δὲ planudeæ ante Steph. — 4. ἔβαλες, a talorum jactu ducta metaphora. Schol. W. : ὁμηρικὸν τοῦτο πῖνον· ἐκεῖνος γὰρ φησι (Il. Θ, 282) Βάλλ' οὐτώω. — 6 δὲ ὠνᾷε Cod.

DLXVII. In Antidemidem, mimam egregiam, delicatissimæ mollitiæ mulierem, Græcia relicta in Italiam abeuntem. « De hac mimia disputatur in Mémoires de l'Acad. des Inscript. t. III, p. 245. » Jac. — 1 ἀντιόδημι;

Cod. ap. Jac. sed Salm. : « Ἀντιόδημος in membranis, perperam. » — 2 *κρυκιδών* Plan. — 3 *λουσουσα* (sic) Cod. Conf. Theocr. V, 51; XV, 125. Virgil. : *somno mollior herba*. — 4 *ἀλκυών* Cod. et Plan. « Recepi Bothii conjecturam ἀλκυονίς, ob metrum. Antipatri loco secure usi sunt editores renovati Thesauri Stephaniani, qui tamen monuerunt esse penultimam brevem nominis ἀλκυών. » B. Ἀλκυονίς etiam Jac. in nostro exemplo, quide re : « Ἀλκυών vocari videtur ob mollem, suavem et jucundam vocem quæ huic avi a poetis tribuitur. Quare Λύσιδος ἀλκυών idem esse quod λυσιφῶδς vix dubitaverim. Dicti sunt λυσιφῶδοι a Lyside, obscurorum carminum auctore, qui primus in lyricam poesin τὸ κιναιδολογεῖν invenxisse perhibetur. (V. Thea. v. Λυσιφῶδς.) — 5 ὕδρινός Cod. Quod frequentius effatur voce ὕδρως. — 6. Ovid. Metam. XIII, 796 : *mollior et cygni plumis et lacte coacto*. Conf. Martial. VIII, 64. » Jac. Boiss. de hoc disticho : « Ὅστων οὐ λάχεν. Memini nos in diario publico retulit, de Gosselina egregia saltatrice ac mima dicentis « *qu'elle était désossée* ». Aristænetus I, 1, p. 6 : οὕτω.... τρυφερά τῆς Λαίδος τὰ μέλη, ὥς ὑποφωδῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστέα τῶ περιπτυσσομένη δοκεῖν τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦ γε ὁμοίως δι' ἀπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκὶ καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἀγκάλας ὑπέκει. Quæ sunt nimia ac ridicula. » — 8 *μαλθακῇ* Cod. sec. Salm.

DLXVIII. De Aristagora, Ægyptio agricola, quem Nilus evundans casa et opibus omnibus privaverat. — 2. Εἰκαίη, temeraria et vaga via, nou certa ut in alveo. — 5 ἐπ' αὐλὸν Plan. — 7 πᾶν ἐγένεσθε Cod. et planudeæ ante Steph., qui πᾶν, quod edebatur. « Revocavi πᾶν mutatum a doctis criticis in πᾶν. Sed πᾶν non est ineptum. » B. In fine Cod. γωγός (sic). Fœcundissima aqua Nili nil jucundius agricolis Ægyptiis.

DLXIX. Empedoclis versuum, quos retulit et Plan., priores duo ex proœmio carminis Περί φύσεως petiti, sequentes ex Καθαρμοῖς. — 1, 2 afferunt Diog. L. VIII, 77, et plurimi alii, quos indicat Mullach. ad Emp. v. 11. p. 17 seq. Agitur de anima in mundo una, sed diversissimas formas speciesque induente. « Schol. W. : τὸν γὰρ Ἐμπεδοκλέα βαρῖσαι φασὶ τὴν ὁδὸν Πυθαγόρου. Vide Barth. ad Æneam Gaz. n. 99. » B. — 2 ἰχθῦς Cod. « constanter. » In voce ἔμπυρος (quam agnoscunt Diog. et Athen. VIII, p. 365, E) maxima et scripturæ et sententiarum varietas; v. Mullach. p. 18. Menagius explicabat hoc allato Aristotelis testimonio De respir. c. 14 : Ἐμπεδοκλῆς... φάσκων τὰ θερμότητα καὶ πῦρ ἔχοντα πλείστον τῶν ζώων ἐνυδρὰ εἶναι. — 3 et seqq. Lemma Plan. : εἰς τὸν αὐτόν. Diog. VIII, 62 affert ut initium carminis Καθαρμοῖς inscripti, de quo v. Mullach. p. XXV, et ad v. 397 seqq., p. 93, ubi ceteros qui afferunt memorat. A flumine Aoragante urbs nomen duxit. Junge καταναίετε. — 4 ἀνακραποῖρος Cod. ; ἀν' ἄκρα πόλιος Plan. ; πόλεως Stephanus, recte. — 5 ὕμν Cod. — 7 περίστρεπτος Cod., lapsus. Schol. W. : γράφεται καὶ θαλασσίαις (sic ed. princ. Flor.) καὶ θαλάσiais. Ap. Diog. vulgo θαλαίης. Sequuntur in Plan. alii versus quinque hujus fragmenti. Vide infra p. 250.

DLXX. « Critice tractavit hoc epigr. et gallice vertit Chardo Roch. Miscell. t. I, p. 210-220. Equidem in carmine obscuro seculi malui Jacobsii recensionem. » B. Tractavit etiam Huschkius Anal. crit. p. 145-153. Ardua quæstio est, apimne alloquatur poeta, an Xanthonem psalterium. Hoc si statuas, eximium habebis poemation; sed ut primi versus epitheta apta sunt puellæ Ξανθοῦ, ita

fateor me vehēmenter hæere in Πόθων epitheto Ξανθοῦ, quod api summopere favet. At huic si te addicas, tenebris te involvi senties usque augecentibus, quod Iastio accidisse videtur Epist. crit. p. 76, qui utrumque legerat, Chardonem et Huschkius. Jacobsius quoque in psalteris partes concessit. Quam poeta jubet dulci se carmine mulcere : nam fatale esse ut serius ocus solus cubet in saxo cubili et in æternum, *Audin' (addit), fenerator avare? μονόκλινον saxum habitabis in æternum!* Quam horatianorum carminum philosophiam familiarem fuisse Philodemum jam aliquoties vidimus. — 1 *ἐκδοκροπλαστὴ* Cod., correxit Huschkius, adspirante voce Ξανθόν v. 6. Sic enim Philodemus Δημῶ et Δημάριον in eodem carmine XII, ep. 173; Meleager Τιμῶ et Τιμάριον, et alia quæ collegit Boissonadius ad V, ep. 198, p. 142. Male Chardo ἔανθ' ὧ κροκίπλαστα, quasi hoc pro κροκίπλαστα esse posset. Μυρόρροι malebant plures, quod versus ; perprobabile reddit. — 3 ψύλον μοι Cod. sine acc.; ψύλον apogr. Par., in quo sicut in Codice η annotatum in margine, unde Jac. ψῆλον. G. Dindorf. in Thea. μύρον jungit cum δροσιναις; (sine acc. in Cod.), *manibus unguisum rorantibus sive stillantibus*; quod multo malum quam cum Jacobsio μύρον referre ad ψῆλον, de jucunditate cantus et suavitate τοῦ γλυκίος μέλους, v. 6. Nimis dubium quod confert μύρον εἰδεται; V, ep. 118, 1, ubi vide. Schneiderus et alii μύρον, ob sequentia. — 4 δὲ ποτὶ πετρ. Cod.; δὴ ποτὶ Huschkius; δέσποτι Schneider. In λιθομύρῳ πετρὰς non offendet qui tragicam illam abundantiam, μύρον πεπλοὶ στολαί, etc. meminerit. — 5. Brunckius comparat Lucret. III, 882 : *mortalem vitam mors quoque immortalis ademit*. Ἀθανάτως cum ironia dictum ab Epicureo poeta. — 7 οὐ καὶ εἰς ὠνθρωποτοκονλῦρος; Cod., correxerunt Salmasius et Chardo. — 8 δεῖ σε βίου ἀεὶ Cod.; Chardonis correctionem receperunt Boiss. et Jac. in not. mss., de qua minime sum securus; δεῖ σ' ἀδὸν ναῖε Salmasius et Huschk.

DLXXI. « In novem lyricos in unum volumen conjunctos, ut supra ep. 184 (ubi v. not.). » Heck. — 1. « Ἐλθαγεν, ut aquila, cui, ut majoribus avibus, κλάζειν proprium. Comparisonis proprietatem ipse docet Pindarus Ol. II, 97. » Jac. — 2 ἡδὺ μᾶλ' ἐφθγγον Cod. (μετὰ). Salm.; ἡδυμελιφθόγγον Plan., quod in omnibus legitur, « Ptochoprodro mo quidem et Niceta dignius compositum quam sobrio poeta antiqui κόμματος », ut rectissime judicavit Piccolos p. 58, cujus emendationem recepinus. — 3 λάμποι apogr. Par.; γλυκὺς ἄλκαρ Cod. — 5 ἀνακρέοντες Cod.; συνήπνετο Cod. Athous. — 6 κύκνος (sic)... αἰολίδ Cod.; κύκνυ Plan. et, teste Brunckio, « in codicibus plerisque Αἰολίδης aut Αἰολίδη ». Quæ minime niti auctoritate antiquiore, ostendit cod. Athous, in quo κύκνος; Λέσβιος; Αἰολίδης. Unde apparet non de suo dedisse Stephanum κύκνος. Ego exhibendam putavi Jacobsii conjecturam κύκμω, « ut Δωριεὶ κύκμω (ait) est ap. Pindarum Pyth. VIII, 21, et μελιγαρύων τέκτονες κύκμων Nem. III, 5, quæ omnia referri debent ad carmina in pompa solemnī cantari solita. » Boiss. : « Recepi planudeum κύκνος. Schol. W. legebat κύκνυ et explicavit non nitide : κύκνυ, φῶδ' ἢ μάλλον ποιητῇ κύκνου; γὰρ λέγομεν τοὺς ποιητὰς δὴ τὸ ποικίλον τῆς φῶδ' ». Heckerus p. 333 jungit κύκνυ Αἰολίδι, de Sapphone, « quam Alceus amavit; cf. Hermesianact. Eleg. 47 seq. ». Piccolos conj. κύκνος; Λέσβω ἐν Αἰολίδι. — 7 ἄνδρα superposito ὦν, et ἐνείη Cod. « Non fas est Sappho simul cum viris numerari, eamque novenarium numerum Lyricorum complere, quippe quæ Musarum potius choro annumeranda sit. » Jac.

DLXXII. In Plan. est ἀθρλον, sed in cod. Medic. Αου-  
κλλίου, quod nomen in vulgatis sequenti epigr. adhæsit.  
Carminum suorum librum secundum auspiciaturus stipem  
a Nerone acceptam celebrat. — 1. Theogoniæ initium. —  
5 καὶ με δὲ Cod.

DLXXIII. In Plan. *Lucillio* tribuitur per errorem.  
«Schol. Wech. *Pallada* tribuit. » B. In parasitos. —  
1 ὠνθρῶπε ζ. Cod.; ἄνθρῶπε apogr. Par.; ἀνερ S (Supplem.  
II. 352). — 2 μῶμον S. — 3 ἐστυνωμ. Cod. et S. — 4 συ-  
γελῶντι Cod. et Plan.; σύ γ. S. — 5 κλυθμοτο Plan.,  
quod Jac. recepit in nostro exemplo; οὐδὲ γελ. Cod. et S.  
— 6 κλαίωμιλίη καὶ γελῶμιλίη Codex sic, duplici accentu.  
Vulgo datus, sed nominativus revocat Jac. in nott. mss.  
post Lennepium p. 229 : *nil ipse fletu vel risu indi-  
gens, tamen domino ad fletum vel risum societas*, i. e.  
socius. Plan. καὶ κλαίω Μύλη καὶ γελῶω Μύλη. Pejus etiam  
S : καὶ κλαίω μὴ λίην καὶ γελῶω μὴ λίην.

DLXXIV. « Nomine auctoris caret in Codice. Fortasse  
*Amiani* est. » Jac. *Lucillii* fertur in Plan. Anaxis lo-  
quitur qui post vitam miseriarum plenam voluntariam  
mortem oppetiit. — 1 πρισδυσνος (πρισδυσνος ap. Salm.)  
ἀναξ Cod.; πρισδυσνος Ἀγαναξ Plan., de quo L. Dindorf  
in Supplemento Thesauri : « Ἀγαναξ, cum Ἀγυρᾶναξ  
comparandum, contractum est ex Ἀγγᾶναξ, quo usus est  
Theoc. VII, 52, 61, 69. Scribi poterat Ἀνάξων, pro Ἀνα-  
ξίων, ut habentur Ἀλεξίων et Ἀλέξων, Αίσίων et Αίσων,  
similiaque. » Dedi Ἀναξίς cum Heckeri I, p. 194. Boiss. :  
« Scripsi Ἀνάκτωρ pro ἀναξ. » In ἡμάξουσα notanda meta-  
phora a vectura petita, quum a navigatione plerumque  
ducatur imago vitæ quæ agitur. — 2 κάδιον Plan. —  
3 ἐτι χρ. Cod.

DLXXV. Lemma : εἰς τὸν Ὀμηρον. — 1 οὐρανὸν Cod.  
(sec. Salm. οὐρανοῦ); recte Plan. — 3 ἀροτήσιμον Cod.  
et Plan.; corr. Dorvill. — 5 βαθὺ κλέος Cod. et Plan. ante  
Stephanum, qui βαθυκλέος.

DLXXVI. In Minervæ imaginem pomum manu tenen-  
tis. Venus loquitur. — 2 τοῦμὸν ἀρπάξασα δῶρον Cod.;  
ἀρπάξασα δ' ἱμὸν δ. Plan., quod tacite reduxit Boiss.,  
quum τοῦμὸν de primo loco non esset movendum. Jacob-  
sius optima correctione ἀρπάξασα. — 4 οὐ σε Cod., quod  
recto accentu instruxit Jac.; οὐ σε Plan. — 6. Novum de  
pomo bellum excitare noli.

DLXXVII. Lemma : εἰς ἐκυτόν. Stephanus in ipso titulo  
scribendum esse εἰς Πτολεμαῖον putat, annotans epigramma  
afferri a Synesio Ad Pæon. p. 311, D, ut ἔχον ἀστρονομίαν  
ἐγκώμιον. Astrorum contemplatione mentem supra terrena  
attolli. — 1 θνητὸς Cod.; θνητὸς ἔρυν καὶ ἐρήμ. cod. Mediceus.  
— 3 ποσὶ γαίης Cod. et Plan.; γαίης ποσὶν cod. Medic.  
et Synes., « quod merito præfert Hermann. ad Orph.  
p. 730. Mira in hoc tetrasticho commistio dialectorum. »  
Jac. — 4 θεοτροφίης Cod.; Ζηνὶ θεοτροφίης Medic.;  
διοτροφίης Synes.; διοτροφίης Plan. Recte G. Dindorf. θεο-  
τροφίης, in Thes. s. v.

DLXXVIII. Liber ipse loquitur. — 3. « Arsenius Vio-  
lar. p. 179 : Δηλίου κολυμβητοῦ ἐπὶ τῶν ἀκρῶν νηχομένων  
[quæ sunt Suidæ, quem v. et Diog. L. II, 22]. Ibi Walz.  
— 7. Servati εἰσκριθῆσεται Codicis. Alii divisim, εἰς κριθ. »  
B. — 8. Notum Platonis μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰστίτω.

DLXXIX. Lemma : εἰς κρύκιον. « De origine et forma  
*caducei* v. Böttiger. *Vasengemälde* I, 2, p. 107. » Jac.

— 2 θριδάκης Cod., corr. Dorvill. « De Syracusis Corin-  
thi colonia v. Rad. Rochett. Hist. colon. t. III, p. 178. »  
B.

DLXXX. Lemma : εἰς τοὺς μῆνας, τί αὐτῶν ἕκαστος  
ἔλαχεν ἤγουν ὁ μὲν α' ὑπάτων, ὁ β' ἐπίσκοπον, ὁ γ' ἐπὶ πό-  
λεμον, ὁ δ' ἐπὶ τὸ ἔργ, καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως. Conf. ep. 384.  
Salmasius inscripsit : « Leonis Philosophi. » — 1. Πρῶτος  
distinctionis vi alteram producere videtur. Brunck. ὁ πρῶ-  
τος ὁ δεύς. — 3. « Quædam editiones et cod. Lasc. ex-  
hibent ῥοδοδάκτυλος, quod non foret *genitivus insolentior*,  
ut Brunckio videbatur, sed nominativus de more : τέ-  
τρατος ῥοδοδάκτυλος ὦν. » B. — 4. Maius et Junius, itemque  
bini sequenti versu. — 6 ἀρῖσταρ. Plan. — 8. « In ἐ;  
οὔνομα φωτὸς ἐκάστου credo esse periphrasim, sed mal-  
lam, pro ἐς φῶτα ἕκαστον. Nonnunquam nomen δνομα  
inservit periphrasi, non tali tamen modo. » B. — 9. Sa-  
turnalium festivitas respici videtur.

DLXXXI. Lemma : εἰς τὸ μνημέριον, ἥτ' οὖν (εἰτουν  
Boiss., ἤγουν Salm.) κυνηγέσιον, ἐν ᾧ ἀγωνίζονται ἄνδρες  
πρὸς θῆρας. *Leoni* tribuit Plan. « Μνημέριον venationis  
spectaculum vocabant, quod ultra unum diem non ex-  
tendebatur; v. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. t. II, p. 79  
seq. Optat Leo Imperator (nam hunc loqui, versus 5  
ostendit) ut Diana excitet feras quantum satis sit ad in-  
vendendos homines, non ad occidendos. » Jac. — 2 κασι-  
νήτη Cod., omisso ι, quod non semper memoramus.

DLXXXII. Lemma : εἰς τοὺς Ἰθέρας καὶ Ἀρμενίους,  
ὅτε ὑπετάγησαν τῷ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖ. « Constantinum  
intellige Armenios ad fidem Christianam conversos me-  
morat Lebeavius Hist. Infim. Imp. I, V, c. 22, t. I, p. 333  
edit. Sanmart. » B. — 1. Τὰς φύλα. « Ex his verbis sus-  
piceris versus hos tabulæ pictæ fuisse adscriptos, Arme-  
niorum et Iberorum ad Constantinum legationem repræ-  
sentanti, de qua narrat Socrat. Hist. Eccl. II, 8, p. 370. »  
Jac.

DLXXXIII. Lemma : εἰς Θουκυδίδου βιβλίον. Et in  
marg. : εἰς Θουκυδίδην τὸν γράψαντα τὸν Πελοποννησιακὸν  
πόλεμον. Legitur et in Thucydidis cod. Mediceo ap. Ban-  
din. t. II, p. 622. Similia in Heraclitum epigrammata  
sunt VI, ep. 128; IX, ep. 540. — 1, 2 εἰ δὲ πέφυκας Νῆς  
Μουσῶν cod. Medic., quod recte prætulit Brunck. Si  
sententiam spectes, ineptum esse πάντα observavit Jac.;  
ζήλῳ quodam homerico fusum videri annotat Bosschius,  
cui addit Lennep. p. 231 : « Multa in his carminibus  
inepta, non tamen sollicitanda. » — 2 νοεῖς Plan., Medic.  
et Athous, quod verum videtur.

DLXXXIV. Lemma : εἰς τὸ ἀγαλμα Εὐνόμου τοῦ κιθαρι-  
στῆς ἐστῶτος ἐν Δελφοῖς, ἔχοντος πρὸς τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν μου-  
σικὸν τέττιγα. In eandem rem scriptum epigramma 54  
capitis VI, ubi v. not. Addit Jac. : « Eunomi statuum,  
quam Locris monstrari narrat Strabo, quod *Delpis* po-  
sitam tradit auctor lemmatis, utrumque verum videri  
observat Kannius, quia victoribus domi, et ubi certamina  
habita erant, iidem honores haberi solebant. » Eunomus  
loquitur. — 1 ποτεινῶ Cod.; alterum Plan. — 2 σπάρτην  
ὁ λωκρὸς sive λωθρὸς Cod., ω postea in o mutato. Hæρις  
est VI, ep. 54, 3, sed non sine varietate. — 3. Initialis  
sigla adscripta erat, dein deleta. In fine Cod. μεσοῦσα. —  
4 πλάκτρον ἐκεκράτισεν conj. Hecker. I, p. 121, coll. He-  
sych. : Κατεκεράτισεν, συνέθραυσεν. Quod ad alia pertinere  
apricum est. — 6 ῥυθμὸν Cod.; οὐκ ἔμενεν legebatur, οὐκ  
ἐνεμεν (scil. ὁ κάρος vel ἡ χορδή) Jacobsius, qui etiam nostro

id exemplo adscriptis et tacite in seriem recepit Boias. Etiam Heckerus probabat, initio versus ὁ μοι scribens pro καί, non recte. — 7 αὐτομάτου Cod.; ἐπ' αὐτομάτῳ ed. princ. Flor.; ἐπιστάς Cod. et Plan., corr. Schæferus. — 8 τώ-  
CIX. — Diodorus, alios amore inflammans, ipse Timarā puellæ amore flagrans: ignis igne ustus. — 2. « Απογρ. Par. λαύροτος. — 3 γλυκύ πικρὸν Cod. Vocem γλυκύπικρος illustravi ad V, ep. 134, 4. » B.

CX. — Myiscum ut deum aliquem veneratus optat ut sibi sit propitius. — 1. « Ἦστραψε, significatione transitiva, ut ep. 84, 4 [ubi verbum ex mala conjectura legitur]. Vide an integrum sit epigramma. Certe nominativi omissio dærior. » Jac. Ipsum Myiscum commode appellare γινώ κάλλος potuerat poeta. — 3 ἀκτίνα Cod. *Fulmen* intelligi observat Jac., et Alcibiadis scuturn memorat, in quo ἦ Ἔρωας κεραυνὸν ἤγκυλημένος.

CXI. — Ad Eubium puerum formosum. — 2. Sicco pede hæc transierunt interpretes, sed obscurissima mihi esse fateor, nisi Olympionicam loqui statuas, qui cursus palmam eximiam retulerit: sese neque alas Amoris, neque Achilles pedes pueri reformidare, sed arcu utriusque superari et inferiorem relinqui. Sive potius ἀμφοτέρω corrigendum, quod latine reddidi: ut *mutuus* amor indicetur.

CXII. — In Arcesilaum formosum puerum, Amoris victorem. — 1 ἔρωτα λέγει Cod., quod Jacobs. egregie correxit ἔρωτ' ἀγεί, infuscatum postquam A pro A acceptum erat. Homerica locutio, ὃν κεν ἐγὼ δῖσας ἀγάγω. II, B, 231, ab aliis multis expressa. Conf. ep. 119, 4.

CXIII. — Jungendum cum ep. 96 capitis V, ubi vide not. — 2 τοῖς σοῖς ἀγρευθεῖς; Plan.

CXIV. — Conf. V, ep. 172, ubi eadem Meleager fuisse.

CXV. — Comissabundus se fulmina et tempestatem nihil timere dicit, quem Amoris potentia tueatur. — 1. Μανῖν, ex amore, non ex vino. « Μεθύνων μύθοις, sermonum in amore pellicentium plenus, tantum non ebrius. Mimos Plutarchus Mor. p. 712, E, appellat μῆματα πραγμάτων καὶ λόγων, & πάσας μέθης παραχολέσσειον τὰς ψυχὰς διατίθῃσι. » Jac. — 4. Βάλλῃ, scil. Juppiter, cujus hoc est, fulmina jacere. Post Reiskium legebatur ἔχω, sed recte tuitus est Schæferus Codicis ἔχων.

CXVI. — Simile præcedenti epigr., sed hic Themisone puerum fudit. — 1 ὄλω; Cod., corr. Brunck. — 3. Verba ἔστι δ' ἀσπί καὶ σκότος famulo tribuebat Brunckius, quod non necessarium. — 4. Jac. comparat hæc Valerii in Anthol. Lat. III, ep. 242 :

Quid faculam præfers, Phileros? qua nil opu' nobis.  
Ibimus : hoc lucet pectore flamma satis.

CXVII. — « Abjecto omni, quod paulo ante ceperat, prudentiore consilio, poeta se ad comissionem parat. Egregium carmen propter vim cupiditatis vivide expressum. Alloquitur poeta partim famulum, partim cum animo suo sermocinatur : illi dans mandata; cum hoc rerum rationem iniens. » Jac. — 1 τοῦ μὲν Cod. et apogr. Par. — 2 τὸν ἔχει; Cod. — 4 τάχος σπουδῇ; Cod.; τάχος, πού δ' ἡ Reiskius. — 5. Conf. ep. 99, 5. — 6. Idem dixit ep. 101, 6.

CXVIII. — Poeta ad Archinum comissatus temeritatem apud eum excusat. — 1 ἀργεῖν Cod. (non ἀργεῖν, ἀργεῖν apogr. Paris., ἀρχὴν S (cod. Paris. Cramer), Ἀρχιν Bentleius; ἐπεκλώμασα S. — 2 ἄκων Cod., corr. Meinekius. In fine ὄρα Cod., ὄρα Bentl., Jac., Mein., Boiss.; ἔχε Brunck. cum Anna Fabri; ὄρᾳ; Heckerus, parenthetice, jungens τὴν προπέτειαν ἀκροῦ; καὶ ἔρω; ἡνάγκασεν, de duplici accusativo cum verbo ἀναγκάζω advocans intt. ad Plat. Phædr. p. 242, A. Incommoda omnes aut sententia aut structura : verum servavit S, ἔα, quod in OA abierat, unde ὄρα. — 3 ἀκροῦ; et με ἡνάγκασαν S, quod recepi ob sequentia; μ' ἡνάγκασεν Jacobs.; με ἀνάγκασεν Cod. et Boiss., qui hæc : « Relinquo quem et olim reliqui hiatum a Codice exhibitum, etsi sciam non tam negligentem fuisse Callimachum. [Brunck. μ' ἐπανάγκασεν.] De verbis ὦν δ' μὲν αὐτῶν vide ad VII, ep. 72, 1. Aristoph. Av. 1237 : οἱ; θυτίων αὐτοῖς. » B. — 4 ὅ Cod.; εἰα' τὴν βίαν ὅσῃν ὄρα S, pannus Byzantinus. — 5 ἐβόησα Cod., S, et Plutarchus distichon citans De ira coli. p. 455, B : αἱ μὲν ἐρωτικαὶ πράξεις, ὅλον ἐπεκλώμασαι καὶ ἦσαι καὶ στεφανῶσαι θύραν, ἔχουσιν ἀμωστέπας; κουρισμὸν οὐκ ἀχαρινούδ' ἄμουςον. Ἐλθὼν πλ. Edebatur ἐκόησα ex Pierisoni correctione. In fine ἄλλ' ἐβόησα S, quod Bergkio placuit progr. ad ep. 102 indicat : « se occupavisse limen ibique pernoctatum esse dicit. » — 6 τὴν τερῆν Cod. (in quibus inest IA pro AI, genuinum partim expulerit glossa θύρην), τὴν φιλήν S, τ. εἰλην codd. Plut. præter unum qui φιλήν, quod conjecerat Salmas. et Toupius, rectissime; nemo nescit Theocriti XXIII, 18 : ἔκλειε ποτὶ στυγνοῖσι μελάρθοι καὶ κύσε τὴν φιλήν, et illum apud Lucretium (IV, 1175) amatorem qui soribus miser oscula figit. Post Plutarchum nunc etiam codicis S interpolatio ἐβόησα tuetur antiquum φιλήν. Meinekius tamen Bentleii conjecturam τὴν δειρὴν in Callimacho edidit. Idem ἀνέκω « malit ».

CXIX. — Poeta Baccho, apud quem ab Amore perfugium frustra quæsierat, malam fidem erga supplicem exprobrat. — 1 ἄγχο Cod. — 3. « Conf. Plinii Secundi epigr. in Anthol. Lat. I, 33 :

Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris;  
Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dii.

— 4. Et me, qui supplex ad te confugeram, vinculis constrictum retro agis rursusque Amoris servitio tradis. » Jac. — 5 καὶ πιστὸς Cod. — 6. Αὐδῶ, ut alibi λέγων, i. q. κελεύων.

CXX. — Sobrium se, quamvis mortalem, satis esse armatum contra Amorem deum. — 1 εὐόπλω Cod., corr. Jacobs. « Pro ἀπερούμαι, forma verbi insolita, forsau ἀπορούμαι. Theophrastus Char. I : ὅπως δὲ σοι ἀπιστίσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀπορούμαι. » B., qui eadem ad Choric. p. 348.

CXXI. — In Cleonicum puerum, cum quo Gratias venustatem amplexibus suis communicasse ait. — 1 ηρανοπο Cod., corr. Salmas. et Jacobs. — 2 ἦντησανται λιπ. Cod.; ἦντησαν ται λιπ. Jacobsius in nostro exempl., qui ante cum Brunckio ἦντησανθ' αἱ λ. — 3 ῥοδόεσσιν Cod., ῥοδέαισιν Jac., ῥοδέησιν Salmas. Junge προσεπικύναντο. — 6 αὐτῇλῃ Brunckius, tanquam αὐαλέαν. In fine Cod. ἀθερίκων an ἀθερίκων sine acc. incertum, « sed apogr. Par. ἀθερίκων, qui accentus firmat Jacobsii scripturam ἀνθέρικα. » B.

CXXII. — In Aristagoram puerum præcedentis carminis imitatio Meleagro digna. — 5 ὥς ἀπ' Ὀλύμπου Brunckius, sed γὰρ ægre desideres. — 6 νόο; Reiskius et Wakefieldus, νέου (Ὀλύμπου) Græfius et Boiss., quorum neutrum probabile; θεός scripsit Marcellus. Sed integrum puto νέον, quod nobis est depuis peu, scilicet nuper pubertatem assecutus.

CXXIII. — « In puerum formosum, in pugilatu victorem. Optimæ notæ carmen, Stratonis ingenio non indignum. — 1 πυγῇ Cod., « quod falsum esse apparet ex versu tertio; πυγμῇ plurima apographa. — 4. Suavius hoc mihi videbatur esse quam si faciem unguento myrrhino inunctam habuisset. » Hæc Jacobsius. Sed Boiss. versu 1 Πυγῇ tenuit cum hac nota : « Apogr. Par. et ipse Codex πυγῇ, quod restitui loco conjecturæ πυγμῇ. Nec valde contradicit versus tertius. » Oscula non præfracte negaverim, sed πυγῇ; ἀγῶνα cruentum non noram.

CXXIV. — Echedemum puerum formosum clam et imprudenter poeta osculatus tanquam aculeis vesparum, urticæ et igne cruciatur. — 1 λάθρῃ et παραφατῇ Cod., corr. Salmas. « Pulcher ille Echedemus prope januam latens et furtim prospiciens moribus haud dissimilis est mulieribus adulteris ap. Aristoph. Pac. 979 seq. » Hecker. — 2 ἀκρηθῇ Cod., etiam alibi. — 3 φαρῆτρη Cod.; dedi φαρῆτρη ex conj. Jacobsii. Edebatur φαρῆτρη. — 4 αἰταίων καὶ δουσεῖχετ' ἄλ. Cod., ἀνταίρων Jacobsius, « quod aliquam saltem a lenitate mutationis commendationem habet »; cetera immemorabilia, malum etiam Heckeri φαρῆτρη αἰ (vel καί) γαίω. — 5 ἄλλ' ὅτε Cod. « Et subridens amice, et hostis. Nam pharetra et arcu minabatur, et gallinaceorum munere amatorii aliquid innuebat. Conf. ad ep. 44. » B. Hæc vera esse videtur interpretatio, et nihil huc pertinere qui ex Artemidori Oniocr. III, 5, commemorantur galli gallinacei per quietem visi στάσεων καὶ φιλονεικῶν σημαντικοί. In fine Codex ἀναμεισσεῖων, apogr. Par. ἀνὰ

μελ., in aliorum apographorum marg. ἀλλὰ vel ἄρα μελ. corrigitur, ἢ ἔα Jacobsius. Sed non video quid magnopere obstat scripturæ ἀλλὰ μελ., quam tantum non exhibet Codex.

CXXV. — Somnium poetæ summum relinquens desiderium pueri visi. — 2 παιδὸς ἐν' ἐν χλαμῦδι (δντος), id est *ephebi*, v. ad ep. 78, 1. — 4 ἐτρεπόμεαν Cod., ἐτρεζόμεαν Salm. et Scaliger, incommode; ἐδρεπόμεαν Græfius, « hoc sensu: *vanæ spe fruebar*, i. e. nil nisi spem, non veram solidamque voluptatem capiebam. Ἐλπὶς est *voluptatis imago*. Sic ep. 145: ἀπρήκτους ἐλπίσι μαινόμεθα. — 5 καί μεν νῦν θ. μνήμης πόθος Cod., qui μνήμης πόθος desiderium esse potest ex memoria illius somnii ortum. Tum pro μεν legerim μ' ἐτι, aut, quod lenius, μ' εὖ cum Schæfero. » Jac. Boissonadii est καί μ' ἐκ, qui hæc: « Apogr. Par. καί μεν. Scripsi καί μ' ἐκ, ut sit tmesis verbi ἐκθάλλει, ac μνήμη pro μνήμης. Possit et μνήμην corrigi, vel cum pronomine με. » Ad Choric. p. 339 μ' ἐκ tenet, vertens: *et me nunc culefacit ex memoria desiderium*. — 6. Post hunc versum spatium in Codice relictum, librario sequens distichon haud dubie habente pro peculiari epigrammate; atque « in apogr. Par. incipit novum epigramma, duobus versibus constans. » B. — 8 κάλλος εἰδώλους Græfius.

CXXVI. — Queritur se novo amore correptum, Dio-phanti pueri. — 1 ἦρται Cod., in apographis correctum. In fine ἀδύρων scribit Marcellus. — 2 ἀκρονυχία Cod., — νύχια apogr. Par., — νύχια Boiss. — 3 ταχὺ pro πάλι: nonnulla apographa; γλυκὺ γράμμα Cod., quod Toupius pro ζύσμα, χάραγμα accipiebat; sed vere τραῦμα Pauwius et Græfius, qui meminit horum Appuleii p. 305 Oud., ubi Venus Amorem rogat *per sagittæ dulcia vulnera, per flammæ istius mellitas uredines*. — 4. Conf. ep. 132, 14.

CXXVII. — Flamma quam Alexis puer in animo poetæ accendit, noctu non desinit, ut solis flamma, ardere. — 1 μεσημβρινόν (sic) Cod.; μεσημερινόν; Græfius, quod recepi. — 2 ἀρτιχομαν x. Cod., in quo multum erratum est; apogr. Par. ἀρτι κόμαν, de tempore mensis calidissimo, quum *Æstas frugum comas sibi detonderet*, quod copiose illustravit Græfius p. 68-71, præter multa alia hæc gemina prorsus afferens Tibulli II, el. 1, 47:

Rura ferunt messes, calidi quum sideris æstu  
Deponit flavas annua terra comas.

— 3 διπλαι Cod. — 8. Κάλλος, sc. pueri.

CXXVIII. — Non jam Daphnis, non Hyacinthus, sed Dio puer in re amatoria principatum tenet. — 2. Nam Daphnis Pani erat in deliciis, ut supra vidimus aliquoties. — 3-4 τὸν στερεχθέντα λύρη (λύροι apogr. Par.) φ. πρ. δάφνι παρβενίη Cod., στερεχθέντα et δάφνη Jacobsius. — 5. Σοὶ δὲ, scil. ὦ λύρη. « Post τὴν γὰρ supplendum esse χρόνος, recte monuit Schæferus; neque hæc ita accipienda ut ep. 33, 1, ubi δὲ τ' ἦν est *dum vivebat*. Imo jungenda δὲ τ' ἦν τερπνός. Nam illi vivi et mortui carmine celebrati sunt, usque ad Dionis ætatem, qui solus demum eorum gloriam obscuravit. » Græf.

CXXIX. — « Ex Bibliotheca Anglica Armandi a Capella tom. X, p. 526. disco Wassium, a quo primo id epigramma fuit in Bibliotheca Literaria [Londini a. 1722] editum, credidisse Philoclem, quem laudat Aratus, unum fuisse ex ducibus Philippi Macedonum regis, ejus cui cum Romanis bellum fuit. Quam rem qui confirmaverit Wassius non refertur. » B. De obscuro hoc epigr. Jacobsio et

Schneidero (Anal. t. XII, p. 432) probabiliora protulerant Heckerus et Boissonadius, quæ sola apponam. — 1 εἰς & κορ. Cod., αἶ τε K. Heckerus. « *Philocles Argivus Argisque habitans pulcher est: hoc inscriptione legitur columnis Corinthi et sepulcris Megarensium*. Mos columnis arboribusque inscribendi puerorum pulchrorum et amasiorum nomina frequenter memoratus abunde exemplis illustratus est a viris doctis, sed idem fecisse veteres in sepulcris nemo præter Aratum tradidit, cujus verba tamen nulla tæbe infecta esse intelligitur ex v. 5, ubi πέτρας hujus pulchritudinis testes esse dicit. » — 3. Λοετρά Ἀμπαράνι, Euphiorioni (fr. 69) una cum Alide et Oropo commemorata, sita erant prope Oropum in confiniis Atticæ et Boeotiae. — 4 ὀλίγοι Cod., ὀλίγος Brunnkianus. « Qui scribit se unum cum eo facit de quo scribit. Sic ep. 111: τόποις, Εἰδῆς, λειπόμειν. *Paucis tantum literis vincimur*: scilicet forinosi adolescentis quem prædico nomen non in cippis et saxis inscriptum est; unico hujusce pulchritudo Prienei testimonio nititur; et altero Philocle hicce præstantior est. Eam esse sententiam obscuri epigrammatis opinor. » B. Qui poetæ mentem assecutus esse videtur: nam aperte Arati Philocles ab alio aliisque celebratis ejusdem nominis distinguitur. In aliena abit Heckerus ὀλίγον scribendum esse putans pro ὀλίγοι, hoc sensu: *sed, quod parvi momenti est, tantum literis nostra terra inferior est Corintho et Megaris*. Inde etiam τῆδ' corrigit versu sequenti, falso. Ambigi tamen potest an non Jacobsio ipsam poetæ manum verbo significaverit: « Fortasse πειθόμεθα, sed de illo paucis literis fidem habemus. » Denique Heckerus: « Πριηνεύς; fortasse nomen proprium est, quamquam nihil obstat quominus gentili tantum designasse poeta putandus sit virum omnibus tunc temporis notum Articululus abest ut in Ἀσχροτός de Hesiodo IX, ep. 653, Ἀρκίς de Mercurio VI, ep. 315, etc. »

CXXX. — « *Meleagri esse hoc epigr. probabiliter aspicatur Pauwius*. Optimæ certe ætatis poeta dignum. » Jac. Ut *Callimachi* citat Meinek. p. 203. De pulchritudine formosi Dositheii. — 1 εἶπα καὶ πάλιν Cod., quibus π vel τε vel σε inserunt post εἶπα, Jacobsius καὶ αὐ π. Meinekianus εἶπα καὶ π. — 3. Mente retrahenda præpositio ad primos genitivos. « De inscriptis arborum cortici nominibus testis sit Aristænetus I, 10: εἶπε, ὃ δένδρεα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἰπῇτε μόνον. » Κῶ-διπη καλὴ » ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιδῶν ἐγκεκοι-μένα φέροιτε γράμματα ὅσα τὴν Κυδιππὴν ἐπονομάζει καλῶς. Ibi notæ, quæ et de parietum inscriptionibus amatoris monent. Adde Creuzer. ad Plotin. De pulchr. p. XIV; Kuster. et Bergl. ad Aristoph. Ach. 144. » B. — 4 ἐν ἐμῇ ἴσχει Cod. et edd. Audiendus erat Jac. in Add. p. LXXXIII: « Suspecta lectio ob vocalium concursum in medio versu, qui facile poterat a poeta evitari. Vera est, ni fallor, lectio ἐν ἐμῇ σμύχῃ, cujus correctionis lenitas apparebit literas ἐν ἐμῇ ἴσχει considerantibus. » Deinde verbi usum in re amatoria exemplis ostendit. — 5 ναίμασε Cod. — 6 τώτρεχες Brunnk.; ἀτρεχέες Codicis re-duxerunt Boiss. et Meinek., qui: « Pro adverbio valet, ut ap. Glaucum IX, ep. 341: Νύμφαι πειθομένης ἑρᾶς ἀτρεχέες. »

CXXXI. — Callistium meretricula Venerem ut sibi propitia sit precatur. Per errorem in hoc capite positum. — 1. « Tutelare Miletī numen Venus, ubi templum habebat ἐν καλῶν. Vide Spanhem. ad Callim. Dian. 725. — 2. De Syria Venere jam Herodotus I, 105; Pausan. I, 34, et alii. Scripsi καὶ τὸ καλόν. Nam poetæ illius ævi καλός, ubi in thesi est, corrumpere solent; item Theocritus

et Theognis. Præterea corrigendum Συρίας et v. 3-δ. » Jac. Boiss. articulum delevit.

CXXXII. — « Ad animam : sua ipsius culpa fieri ut gravissimis ab Amore cruciatibus afficiatur. Animam poeta aliam fingit, secundum Platonium phantasma, quod etiam sculptores et pictores secuti sunt. » Jac. — 1 οὐ σοὶ Cod. — 2 προσπηγμένη Cod., corr. Ruhnk. — 5 δ' ἔρανεν λαϊκόπων Cod., δ' ἔρρανε λιπ. Ruhnk.; ἔρρανε Græf. — 7. Hinc quæ sequuntur novum esse epigramma statuens Huscchius Anal. crit. p. 43 criticorum assensum non tulit. — 9 ἀτεκνον Cod., ἀτεγκτον Ruhnk. ino, jam Guyetus aut Salm. — 10 τρέπεται Cod., corr. Salmasius. — 14 ἔδρασας Cod., ἔδρα; Græf. et Porsonus. Conf. ep. 126, 4.

CXXXIII. — Suavitatem osculorum pueri Antiochi celebrat. — 1. Διψῶν figurata significatione accipit Jacobs., nescio qua necessitate. — 3-4. « Sensus : Num tu quoque non tam Ganymedis pocula bibis, quam oscula ejus nectarea, non cyathis, sed labiis propinata? » Græf. Aristænet. I, 25, ap. Jac. : καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χεῖλεσι κεκραμένον μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς καρδίας παρέπεμπον.

CXXXIV. — Signa amoris in computatione data. — 1. « Pro ὁ ξεῖνος Peerlkampius in Nov. Act. Traject. t. I, p. 142, malit οὐ ξεῖνος. [Imo est : laborat, et nesciebamus, ut in illo horatiano : *Quanta laborabas Charybdi!*] » — 2. Ut hic εἶδες; sic sæpius ὄρα; οὐχ ὄρα; » B. Qui (εἶδες;) Sed sine interrogatione scribi præstat. Alii jungunt εἶδες ὥς. — 3. ἦν' (ἦν' apogr. Par.) ἔκινε Cod., ἦν' ἔπ. Scaliger et O. Schneiderus; legebatur ἦν' ἔπινε auctore Dorvillio. Intelligendum tertium poculum, tertia propinatio. Sequentia distichi citat Athen. XV, p. 669, D, ubi querit διὰ τί λέγονται τῶν ἐστεφανωμένων ἵαν λύωνται οὐ στέφανοι, οὐ ἐρώσι. — 4. ἀπὸ στομάτων Cod., ἀπὸ στεφάνων Athen., quod recepi cum Meinekio; quocum Ruhnk. contulit hæc Propertii II, el. 12, 51 :

Ac veluti folia arentes liquere corollas,  
Quæ passim calathis strata natæ vides.

Sed verum invenisse censendus est O. Schneiderus, raram et callimacheam vocem, ἀν' ὁ στίγγων, a cincinnis, quam ignotam sibi in utroque opere mutarunt librarii. — 5. ὁππότε Cod., corr. Bentleyus. Adverbialiter dicti μέγα δὴ τι multa exempla habes ap. Jac. p. 762, qui meminit et Theocritei ὁππεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας VII, 55. « Vide Brunck. ad Aristoph. Lys. 465. » B. Et ad Choric. p. 340 : « Οὐχ ἀπὸ θυμοῦ significare videtur οὐ κατὰ λόγον, non inconsiderate, non temere, sed accurate cogitateque. » — 6. Grammaticus Cram. Anecd. Ox. t. I, p. 440, 12, citat φωρὸς δ' ἔχνη φῶρ ἔμαθε, quæ erat usitata proverbii forma.

CXXXV. — Idem argumentum quod præcedentis ep. — 1. « Sic XI, ep. 232 : Οἶνος ἐλέγχει τὸν τρόπον. Nota sententia : in vino veritas, quam illustravi ad Const. Manass. post Nicet. Eug. p. 416, ad Anecd. mea t. II, p. 291. Plato Sympos. § 41 : οἶνος ἦν ἀληθής. » Ibi Ast., coll. Hommel. p. 359, Reynnd. p. 159. Vide Arsen. Viol. p. 317 et 325, cum Walzio. Symeon Sethi De alim. p. 83 : τινὲς δὲ καὶ φιλαλήβεις ἐπὶ τῷ πότῳ γίνονται. « οἶνος γὰρ καὶ ἀληθεύει » ἔφη παροιμία τις. Isidorus Pelus. Epist. II, 109 : τὸ πεπλασμένον ἦθος ἀπαμύρσας (ὁ οἶνος) ἐκπαίνει : τὰ λανθάνοντα ὁδὸν καὶ εἰς παροιμίαν κεχώρηκε τὸ τοιοῦτο, λεγόντων πολλῶν « ἐν οἴνῳ ἀλήθεια ». Ibi Rittersh. Adde Arnald.

De diis παρέρ. c. 19. « Il a raison : in vino veritas » Parnyus ait satis lepide in poemate valde illepidio. » B. — 2. ἦσαν ἐν πολλαῖς νικασόρην πρόποις Cod.; ἦσαν Albertius ad Hesych. v. ἦσαν, αἱ πολλαὶ Νικαγόρην πρόποις Salmasius, quod in nostro exemplo reposuit Jac., qui ediderat ἦσαν ἐν πολλῇ N. πρόποις. Wyttenbachius μῆνυσαν tentaverat. Meinek. p. 103 ἦσαν αὖτε πολλῇ N. πρόποις. Boissonadius ut Jac. in nostro exemplo, sed ἦσαν νῦν αἰ...., calami ut videtur lapsu, et addit : « Quum nomen πρόποις videretur certum, reliqua ad id refinxi. » Egerrime fero quod casu mihi ablatas observationes Ungerii Stud. VI jam non licet inspicere. — 3. καὶ ἐνύσταζε κητι Cod., corr. Salmas. — 4. σφιχθεῖς Cod.

CXXXVI. — « Hoc carmen Meleagri esse videtur. » Hecker. Aves garrulas increpat cum puero quiescentem turbantes. — 1. κεκράγετε progr. Par.; μὴ με Cod.; τί μ' ἀνῆτε Plan. — 2. τὸν τρουερῆς καρβένου Plan., quod conjeturis dignati sunt critici. — 3. εἰ δὲ λαλ. Cod. et Plan. « Qua clausula nihil languidius. » Jac. Recepi Piccolò quoque probatam correctionem Heckeri εὔδε. — 4. « Δέομαι : quod si (εἰ δὲ) vestra vos natura loquaciores fecit, non jam impero silentium; non jam jubeo, sed rogo precorque ut paucillum linguis faveatis. » B. Perperam reddidit Grotius.

CXXXVII. — « Gallo gallinaceo, qui cantando ei somnum turbaverat, mortem minatur. Expressum ex odario XII Anacreont. » Jac. — 2. κλάζει Græf. qui hæc : « Πλευροτυπῆ; κλάδος; est strepitus qui fit latera pulsando : alis latera pulsant galli, atque sic clangunt. Quare κλάζειν, quod oris vel rostri est, non convenit. [Censor editionis : κλάζεις πλευροτυπῆ; κλάδω.] Meleager hoc dicit : Tu, qui semper perditte amantibus matutino tuo cantu importunus es, nunc adeo, non contentus mane cantare, media nocte clangis, magis enim importune. Atqui gallorum hæc est consuetudo, ut summo mane canant, sed media nocte iteratis vicibus magnos alis clangores excitent. » — 3. Ὑπὲρ κοίτας, ut Theocritus XVIII, 57 : ἐπεὶ κα πρῶτος δοῖδός ἐξ εὐνᾶς κελᾶδῶσ. Edebatur ὅτι μοι, Hermannus et Boiss. ὅτα. — 4. καὶ τὸ φιλεῖν Cod., corr. Huscchius. — 5. θρέπτειρα χάρις Cod., θρεπτήρι Huscchius et alii. — 6. ἔλατα (sic) γηρύσει Cod., γηρύσει Jacobsius. « Mihi videbatur γηρύσει esse secundam ab γηρύσσει personam iotacismo corruptam. Sic ep. 149 est in Codice ληρύσει pro ληρύσει. Ac sic passim. » B. Et ad Choric. p. 264.

CXXXVIII. — « Vitem rogat poeta ut pampinos in Antileontem dormientem decutiat. Fingit puerum mense autumnali sub vitis umbra dormitum ire. Tum pampini in eum decedentes venerationis significationem habere videntur. » Jac. — 2. « De occasu Pleiadum v. ad XI, ep. 31. Vitis, quæ compellatur, ante solitum tempus folia spargebat humi. Querit poeta num metuat Pleiadis occasum adeo ut prævertere velit. » B. — 3. ὑπὸ τὸν γλ. Cod., ὑπὸ τὴν Meinek. p. 91 : « Strue μένον γλυκὺν ὕπνον ὑπὸ σοὶ ἐπιπασεῖν Ἀντιλέοντι. Μένον cum infinitivo junxit, ut jam Homerus fecit : μένον δ' ἐπὶ ἑσπερον εἰλεῖν. » Quamquam Hermannus articulum ita explicat : dum ipse dormit. » — 4. εσποτε Cod., ἐς τότε apogr. Par. « Scripsi ὥς τότε, quemadmodum tunc et olim, quando Ampelus eras. » B. Ampeli adolescentis, qui Baccho in deliciis erat, in vitem metamorphosin narrat Nonnus Dion. XI. Rem a Boiss. restitutum esse credo, ceteris adhuc in dubio hærentibus : ἔσθ' ὅτε editur e conj. Salmasii, qui etiam χαρίζεσθαι, quod una cum illo recipi debebat. Schneide-

winus non Codice sed conjectura nixus scribit ἔσθλ' ὅτε τ. π. χαριζόμενα. Heckerus ἔσσο τε τοῖς. 'Ε; τότε tuetur Meinekius ad Theocrit. p. 235 et 336, sententiam non explicans. De qua Hermannus : « Debilem pentametri sententiam restituas scribendo :

εἰς τότε τοῖς καλοῖς καλὰ χαριζόμενα. »

Mæhlyus Philologo XXV, p. 160, præfert εἰς τὸ δε τοῖς..., ad hoc tempus. Jac. in nott. mss. : « Fortasse τοῖσι καλοῖς; ob majorem numerorum elegantiam. » Quem conf. ad ep. 131, 2.

CXXXIX. — Amorem, quo olim flagraverat, nondum omnino extinctum sentiens et veritus ne denuo exardescat, precatur puerum ne se amplecti velit. — 1 Ἔστι τι Cod. — 2 διόνυσον Cod. — 3 Μὴ μὴ με conj. Meinekius. — 5 εὖ et μένε ἐνε Cod. — 6 ὁσσεῖα γαρνης Cod., corr. Bentleyus; εἰς σὸν ἔρ. malit Meinekius; βάλλη Cod. « Σιγίπτης; apud Hesychium λαβροδάκτης, serpens vel canis subrepens et morsum inferens. Queritur poeta Menexeno, se a puero quodam amplexibus subdole labefactari et in amorem illici. » Brunck. Apparet amicum vel sodalem esse Menexenum, non puerum cui μὴ με περίπλεκε dixerat.

CXL. — « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II; p. 237. » B. Philippo Thessal. tribuit Piersonus, propter Archestrati nomen quod in Philippi carmine legitur XI, ep. 36. « Quæ admodum incerta conjectura est. Præterea color carminis Callimacho similior quam Philippo. » Meinek. Archestratum puerum pulchrum esse negans in Nemesi iram incurrerat; jam precibus puerum ut numen placare conatur. — 4 ἐν πυρὶ πᾶς δ' ἐν ἔμοι ζεῦ; Cod. « Olim in Callimacheis Ep. 47 servavi Codicis lectionem. Nunc scripsi πᾶς [cum Piersono]. Non semel permutata sunt πᾶς et πᾶς. Et sic scribere suadebat Meleager ep. 122, 5, 6. Ante Ζεὺς supplēbitur cogitatione ὥς, quæ ellipsis frequens. » B. Eadem Meinekius : puer autem, Jovis instar vel alter Jupiter, fulmina in me jacti, cum Blomfieldo ἐν' ἔμοι corrigens, quod recepimus. — 5 ἡλαιοσέμεσθ' Cod.; θεῶ μοι Ernestius.

CXLI. — Similis argumenti quo præcedens. — 1 μὴ θεός Cod., θέμις Salmas. « Si verum est θεός, subaudi ἰσθύνει' ἂν vel φθέγει' ἂν. » Jac., post μαθὼν incidens et sequentia affirmative effrens, « gravis admirationis significationem habentia » Græfii distinctionem interrogativam probavisse videtur Boiss. Anceps judicium. Cod. τόλμαν. — 2 ουμεμαθὼν Cod., corr. Salmas., ut videtur. — 3 αὐτὸν ὑπέστης anonymus (Seidlerus); αὐτὸς ὑποστὰς Græfius. — 4 πτήξαις Cod., πτήξας Brunckius et Boiss. — 5 τοι γὰρ ἰδοὺ τὸ πρ. Cod., τὸν πρόσθε Jacobsius. Nimirum jam amore pueri correptus cruciatur. Et alia in hoc ep. temere mutat Marcellus et in fine Νιόβη scribendum esse contendit.

CXLII. — Lemma : ὥς 'Πιαυῶ. Conf. ad VI, ep. 269. — Poeta Dexionicum puerum merulas captantem videns, in harum avium loco ipse esse cupit. — 3. Ἰερὸς ὄρνις; de merula canora, v. IX, ep. 76, 5 et not. — 4 ὁ φίλερός Cod., in apographis correctum.

CXLIII. — Obscurum carmen sive potius, ut opinor, fragmentum; nam quocumque modo corrigas primum versum, cetera inde lucem haud ullam accipiunt. — 1. Post Salmasii tentamen irritum Brunckius :

Ἐρμῆ; τοξευθεὶς οὐκ ἔσπασε πικρὸν ἔφηδον,

pro quo expectes διστόν, « quod phantasma illustrat odarion Anacreontis XIV, 14, ubi A : or,

ὥς οὐκέτ' εἶχ' διστοῦς  
ῥοχαλλαν' εἶθ' ἑαυτὸν  
ἄφηκεν εἰς βέλεμον·  
μέσος δὲ καρδίας μου  
ἔδυσε καὶ μ' ἔλυσε.

Ut hic Amor, sic apud anonymum ephebus in Mercuri pectus sagittæ loco penetravit. » Jac. Quæ nec credibilia neque illustrent sequentes versus. In Add. Jacobs. conj. ἔξέσπασε πικρὸν ἔφηδος κήλον, quod est ἑλκύνον βέλα. (Etymol. M.) Boiss. : « Apogr. Par. Ἐρμῆ. Pro ἔξέσπασε scripsi ἔξέσπας, subaudito πνοήν. Herma adolescentis formosuli sagitta percussus summa cum amaritudine spiritum e pectore trahebas. Sic, ut possum, me e conclamati fere loci tenebris expedio. — 3. Quem compellat amicus fuit palæstrarum ac gymnasiorum assiduus perambulator. » Jacobsius ad Mercurium palæstræ præsidem referebat, neque cohærere cum antecedentibus antithesin ἀλλὰ μ' observat.

CXLIV. — Cupidinem Myisci pueri amore ægrum agit. — 1. Φρενολήστᾳ, Quinto Mæcio Plan. ep. 198, 3,

σωφροσύνας ὑδριστὰ, φρενοκλόπε, ληστὰ λογισμοῦ.

Cod. ἀχρεῖα τόξα, Salmasius ἀγρία. « Similem nobis Cupidinis imaginem ob oculos ponit Ovidius Amor. III, el. 9, 7, in descriptione funeris Tibulli :

Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram  
Et fractos arcus et sine luce facem.  
Aspice, demissis ut eat miserabilis alis,  
Pectoraque infesta tundat aperta manu. » Jac.

— 3. Interrogative accepit Brunckius. — 4 οἰεθρας' Cod. « Antithesin quæ est in παθὼν ἑμαυτοῦ illustrabit nota ad Æneam Gaz. p. 249. » B.

CXLV. — Ut Meleagri edidit Wartonus. — Dehortatur a sterili puerorum amore. — 1 ταχε μ. Cod., ταχτα Salmasius. — 3. Ἀντίειν ὄλα. Simile alii ἀνυάτω, ὁπλασσαν μετρεῖν, de quo vide not. ad Simoc. Epist. p. 305. — 4. Huic alteri simile τὴν ἄμυν θαλάσσης; κορίνη ζηταῖς μετρεῖν, in meis Anecd. t. I, p. 396, ubi not. Adde Erasm. Adag. I, 1, 4, n. 45; Plan. ep. 52, 8. » B. Ψεκάδες; de rebus quibusque minutissimis, ramentis. — 5 ὦν τὸ κενοῦται recte præfert Jac. Lobeckius De figura etymologica p. 515 Paralip., post multa et exquisita exempla : « His ita explicatis inter omnes conventurum puto, παιδῶν στέργω πόθον, etsi brevius dici potest στέργω παῖδας, tamen non hoc significare, sed παιδικὸν ἔρωτα ἐρῶ sive ὡ παιδες στέργονται, pueriles amores consector, ut de contrario genere amoris Meleager XII, ep. 41, στέργω ἡλῶν ἔρωτα. » — 6 ἡδὺ τε ἀκαμάτοις Cod., ἡδὺ τε κιδναίτοις Jacobsius, ἡδὺ τι Meinekius p. 181. — 7 εἰς κεκὸν ημᾶς (cum lineola super η) μόχθοις Cod., corr. Salmasius. — 8 ἐκίχεται Cod. Ξηροὶ αἰγίαλοι, qui arari non possunt.

CXLVI. — Queritur puerum, quem multo labore sibi conciliaverat, alieno dolo sibi ereptum. Utitur imaginibus de venatione petitis. — 3 ἀμογητοί Cod., quod ortum videbatur ex ἀμογηται, Brunck. et ceteri ἀμογητί. Cum

Heckero p. 95 tenemus ἀμόγητοι. — 4. Βαρύς, gravis, iratus : *punias eos*.

CXLVII. — Carmen initio mutilum esse videbatur Salmasio et Bruncio, nobis videtur integrum cum Jacobsio. Ac Græsius : « Olim carmen suppleturum eram ex V, ep. 303. Serius tamen vidi fieri posse ut integrum sit, admissa hac interpretatione : Forte Meleager in Heliodoræ domum venit; puella aut absuit aut per lusum se abscondidit. Nox est, fores apertæ, lumen extinctum. Omnia deserta videns timere incipit, ne rapta sit; quamquam miratur amores non amplius tutos sacrosque esse (Tibull. I, el. 2, 27). Investigaturus jam lumen accendi jubet, quum gressum aut alium puellæ appropinquantis strepitum lætus agnoscit. » — 1 ἀρπασταί Cod. « Quod scriptum reliqui, mutatum nec male in ἀρπασται. Sed servanda quæ scripta sunt, quum non sint absurda. Exclamat poeta : *latrones! raptores!* » B. Cod. ἐναγμᾶσσαι ἀγριος εἶναι, Salmasius εἶναι, x probante Henschio ad Tibull. I, el. 6, 30, p. 166. » Jac. Græsius præterea τόσος ἀν αἰγμάσαι. Welckerus ad Philostr. Im. p. 206 ἀρπασται tenuit et ἐναγμᾶσαι improprio sensu intelligit, ita carmen explicans : « Poeta commissabundus Heliodoræ suæ fores frustra pulsavit; quare raptam eam ex domo suspicatur. Tandem sonitus auditur; prodiit diu expectata, iamjam se foras edet, vel januam aperiet, ac animus amanti redit. Hæc se etiam magis commendabit tibi explicatio si comparaveris Meleagri V, ep. 165, 166, 191, Strat. XII, ep. 117. » — 2 τόσον Brunc. et Boiss.

CXLVIII. — Ad Menippum puerum qui poetæ paupertatem exprobraverat. « Epigramma gallicis versibus eisque optimis reddidit Duthell. Præfat. Callim. p. 22. — 1 μου Cod. Quod reliqui. Pro eo eleganter quidem sed absque necessitate certatim μοι scribunt editores. » Boiss. (qui plura ad Callimach. p. 188 seq.). Neque olim hoc visum esse καχόφωνον ostendit Hecker. p. 365. — 2. Vide VI, ep. 310, 6. Utitur Cic. Ad Att. VI, 9 : *Monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem neulquam relinquerem* : τούτων ὄνειρον μοι. — 3 ἀλγέω τὴν Cod. Boiss. ad Choric. p. 240 : « Varie tentatum fuit τὴν. Ipse olim scripsi μὴν. Nunc propono legi τὴν, eodem sono, pronominis doricam formam qua usus est poeta H. Cer. 25. Struxerunt ἀλγέω cum dativo, vi præpositionis ἐπὶ presentis vel absentis. Propono etiam : Ἀλγέω, ἣν δ. ... ἀκούω. » Τὴν etiam probatus a Meinekio Heckerus, qui pluribus tuetur : « Diserta mentio ipsius Menippi, a quo hoc sibi obijci dolet amator, requiritur. Pronominis forma occurrit et in Hymn. Dian. 80, Anth. VI, ep. 351 et 347, 1, ubi rursus in Codice legitur τὴν, ut IX, ep. 316, 11. Dativus jungendus cum ἀκούων, ut Soph. El. 219 : τίνι γάρ ποτ' ἂν πρόσρορον ἀκούσαιμ' ἔπος, τίνι φρονούντι κείριον; » — 4 τὸν κατὰ Cod., corr. Brunc. cum aliis; ἂν ἔραστ. Cod. Meinek. malit ἀνηρότατον, coll. Theognide 124, 210, 258.

CXLIX. — Gratias agit Mercurio de recepto puero Menecrate. — 1 ληρθῆσαι περὶ φεύγε Cod., περιφέρει Bentleyus. « Conjecturæ ad Eunapium p. 145 a me prolataς περιφέρτε non multum tribuo, quam nec recepi olim, nec nunc recipiam. In composito περιφέρεις (sic apogr. Par.) est tamen aliquid insoliti. Panemus et Lous menses se excipiebant in Macedonico anno. » B. — 2 λώϊου Cod. — 3. « Proverbium de rebus prospere eventibus, non nostra industria, sed sponte sua et ut fert natura. — 4. Inter εἰκάδε Πανάμου et δεκάδα Λώου viginti dies intersunt. Παρὰ τὰς εἰκοσι, propter viginti (dies), quod κατὰ cum accus. sæpe significat. » Bentley. In repetitio εὐ γ' ἡμέ; me-

rito offendit Meinek. quod pæne inficetum est; εὐρὶ μοι scripsit Diatr. p. 286.

CL. — Poesin et famem efficacissima amoris remedia esse : quæ utraque quum ipsi præsto sint, se Amoris impotentiam ne flocci quidem facere dicit. « Corruptissimum alicubi [in Callim. p. 70 et 191] carmen edidi, nunc iterum fere ad meam pristinam recensionem. » B., Hermannii correctiones secutus, « ut epigramma intelligi possit. » — 1 Ἔω; Boiss.; ἀνεύρετο etiam schol. Theocr. XI, 1, qui v. 1 et 3 citat depravatos; ἀνεύρετο scripsit Callimachus. — 2 τῶρα μένων αἰγαν οὐ καθήμας ὁ Cod.; τῶρα μένω μανιᾶν οὐκ ἀμαθῆ; ὁ Eldikius; sed vere τῶρα μένω; ναὶ γὰρ Heckerus, optime de hoc carmine meritus. Jac. ex sua conjectura edidit τῶρα μένω γ' ἀνιᾶν ὄκκα φίλας ὁ, Boiss. τόρρ' ἀμελῶν αἰγαν οὐκ ἀλέγιζ' ὁ. « De [ridicula] lectione sibi temere tributa Bentleyus graviter conqueritur in Epistola ad Grævium XXVIII, p. 90 sive 74 ed. Lips. » Jac. nott. mss. — 3 μούσαι Cod. — 4 ἡ πάνες πάντων Cod.; παναχὲς Bentleyus restituit ex Clem. Alex. Strom. V, p. 687, 15 : ἡ παναχὲς πάντων φαρμάκων σοφία, Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι γράφει. — 5 τοῦ δοκέω Cod., corr. Salmas. — 6 ἐκκόπτει legebatur; ἐκκόπτειν Heckerus coll. ep. 106, 1, 2 et al., et Meinek. in Add. — 7 ἀμὶν χάλαστας ἀρεῖδ. Cod., χάλασταστας ἀρεῖδ. apogr. Par.; χἀκεστὺς Boiss., « quod Piersono debetur; vide Ruhnken. Opusc. p. 850. » Quod nec metrum pati Nækius, nec structuram Heckerus, nec significationem vocis Meinek. monuerunt. Jac. edidit τὰς ἀξίμας ἄξ. Heckerus ἀξ' ἀσπίς, sententia comoda, imagine probabili. De Bentleyi correctione infra Meinek. — 8 τούτοι-παικταί Cod., τούτοι παῖ καίρειν apogr. Par., τούτ' ἐπικαίρει σευ τὰ Jacobs., ἀποκαίρει Boiss.; τούτοι ναὶ καίρει σὰ Brunc. partim ex apographis, quod in re dubia posuimus. Heckerus : τούτ' (hīc, apud nos) τὰ καίρειν τὰ πτ., passivo. — 9 τί δεδοικαίμαι γάρ Cod.; ἀττάραγόν τι δεδοικεν Elym. M. v. Ἀττάραγος. Esse tu vidit Bentleyus. Vulgo σε δὲδ. Ἀττάραγος Hesycho τὸ ἐλάχιστον; οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρων φλυκταίνας. — 10 οἷκω Cod., corr. Bentley. Jam commemora Meinek. disputatio de altera parte hujus epigr. instituta ad v. 7 : « Vel maxime commemorare debebam Bentleyi conjecturam ab omnibus, superbe dicam an inscite, contemptam : ἔσθ' ἀμὶν καὶ παστας, est nobis et thalamus sive uxor remedium ad vagam libidinem. Sprevere autem haud dubie critici hanc emendationem ideo, quod ita duabus quas commendat poeta medicinis subito tertium infertur remedium, quum in fine carminis iterum poeta ad duo illa, poesin et inopiam, redeat. Nihilominus verum vidisse Bentleyum credo, sed hac lege ut mutato distichorum ordine scribatur :

Οὐδ' ὅσον ἀττάραγόν τυ δεδοικαμες · αἱ γὰρ ἐπὶ πῶδα  
οἰκοι τῷ γαλεπῷ τραύματο; ἀμφοτέραι.  
Ἔσθ' ἀμὶν καὶ παστας; ἀπειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα ·  
τούτοι ναὶ καίρει τὰ πτερὰ παιδαρίων.

Jam vides, opinor, quam recte poeta tertium remedium tanquam corollarium duobus illis superaddat. Τὺ (οἱ) reddit ad Philippum : is enim est ille puer a cujus amore se tutum præstare cupit poeta. Τούτοι nunc servo; attici-amos sat multos habet oratio Callimachi. Ultimi versus sententia plana : hoc profecto scindit alas puerorum nec sinit superbos esse et insolentes, efficitque ne involent in pectus amare nolentium. Versu 7 scribendum αὶ δ' ἐπαοιδάι ob usum Callimachi, et apta partic. δέ. » Sic transpositis distichis postea edendum erit hoc epigramma. Ultimum quod Meinek. fecit distichon sic est :

telligo : si præter expectationem illæ quas domi habet ἐπιδέξαι nihil efficiant, *reliquum sibi esse* ut uxorem ducat : ita prorsus præcidi alas catamitorum.

CL. *Meleagri* esse suspicatur Pauwius, ob ep. 41, quod item, ut hoc, est de venustate Apollodoti pueri. — 3 ἐσιδὼν Cod.

CLII. In Cod. cohæret cum præcedente. Hoc quoque videtur esse *Meleagri*, qui Heraclitum puerum passim celebravit. — 1 ἐμοί Cod. « Ludit in nomine Magnesii Heracliti et magnetis lapidis. Vid. not. ad Simoc. Epist. XXVI, p. 258. Reliqui scriptum ἐμοί, etsi placeat magis editum ἐμός. Conf. ep. 192. » B. Quod reliqui.

CLIII. — Puella se ab amante neglectam conqueritur. — 1. « Forsan srib. μεῦ pro μοι. Hoc enim dicit : antea Archeades amore mei inacerabatur. Verbum θλίβεσθαι cum genitivo personæ conjungi potuit, ut καίεσθαι. » Meinek. p. 103. Recte, ni fallor, Jacobsius exponit : Archeadam amplexibus meis fovebam. « Scriptum τάλαινα, mutatum in accusativum ab editoribus, potuit servari. Et reliqui v. 3 scriptum ἀσί. » B. Constat literam ν sæpe tenui lineola indicari. Posse aliud quid hic latere putat Geistius, quum epigr. non sit παιδικόν. — 3 μελίχρως Cod.; αἰσι vulgo. — 4 ἡδείων γ. ἐρωσθεο; Cod.

CLIV. — Laus Myisci. — 2 χρηρσεν Cod., χαρίεις Iv' Wartonus, χαρίεις, τίν' Græfius, quod recepi. — 4. Conf. Anacreonticum od. XLV.

CLV. — « Dialogus esse videtur pueri cujusdam pulchri et servi ab amatore viro ad eum missi. — 1. Αὐτός, herus. — 3 ἐκείνου Cod. Μένουσι σε, scilicet herus et ejus convivæ te expectant tecum potaturi. Deinde significare puerum credo se primum velle ipsum amatorem invenire et convenire, tunc iturum. » B. — 4. Τὸ τρίτον esse videtur quod alibi τὸ γευόμενον, *cetera* ap. Ovidium. Sed me non intelligere fateor hoc responsum.

CLVI. « Fortasse est *Meleagri*, cujus inter delicias etiam Diodorus. » Jac. Quod stilo quoque poetico confirmari et extra dubium poni addit Heckerus. — Amorem suum navigationi, quæ inter vernas procillas fit, comparat. — 2 οὐμός; Cod., ut alibi. Hæc pro appositione vocativi Διόδορε habet Heckerus : non amorem, sed ipsum Diodorum comparandum esse cum procilla, quod ostendere secundas personas in altero disticho; quare et χρυομένου corrigit, ad οὐμός; referendum. Sic aliquoties ingeniosus ille criticus poetas in ordinem cogit et logico cuidam rigori astringit. — 4 εὐδεις Cod., εὐδίων Salmas., εὐδίας Brunkius. Sic Oppianus a Jac. collatus, ad Amorem : πρὸς δὲ καὶ εὐδίας ἄμυν ἰχάνοις. — 6 μεγάλῳ κύματι Cod., quod reduxit Boiss.; χεῖματι Jac. et Huschkius. — 7 πάλιν Cod.

CLVII. — Anima poetæ navis quam Venus et Amor regunt. — 4. Voce παμφύλῳ, quamvis appellative accipienda : *omnis generis puerorum mari*, respici ad *Pamphylium* mare senserunt Schneider. et Brunk.

CLVIII. — Theoclem puerum ut dominum et deum veneratur. — 1 πόρεο Cod. — 3 ἐπὶ ξείνοις Cod., corr. Salmas. — 6 ξείνης Heckerus perperam. Sed locus vix poterit pro sano haberi. Græfius συνετῆς, qui antea ξυνῆς σύμβολ' ὁμοσπονδίας, de tessera hospitali accipiens — 7 ἀναξ ἱλαθε Cod., corr. Græfius. — 8 ἐμοί Græfius.

CLIX. — Omnia sua et ipsam vitam in Myisco posita esse. — 5 ἦν μοι Cod

CLX. « Fortasse est *Alcæi Messenii*, cujus in Nicandrum carmen habes ep. 70. » Jac. Se, non nunc primum expertum, scire curas et catenas amoris ferre. — 3 βλα; Cod., corr. Pierseus. — 5. Κακῆς βουλῆς, quæ fecit ut resisteret Nicander amanti. « Durum et inexorabilem fuisse puerum ex initio intelligitur. Hinc poeta Adrasteam rogat et Nemesin, ut superbiam ejus poenis persequantur. » Jacobs.

CLXI. — Dorcium puella, virilem vestem induta, inter adolescentes ludens. — 1 ἐπισταύσω; ἀπ. Cod., corr. Salmas. — 2 ἐσται Cod., ἐσθαι Salm. — 3 ἦ ὑπὲρ Cod. ἦ Salm., in quo me continui, hac sententia : ἦ ὑπὲρ ὧμων αὐτῆς χλαμὺς (ἦν ἐφόρει) σὺν πετάσῳ γυμνὸν τὸν μισθὸν ἔρανε. Etiam Hermannum video ἦς prætulisse ceteris hariolationibus. « Forsan εὐθ' ὑπὲρ. Sed potius abstinentium a conjecturis in loco, ni fallor, mutilo. » B. Excidisse distichon ad Anal. statuebat Jacobs. (nec commode sese excipiunt ἐπισταύται et ἔρανε), in Pal. conj. εἰ παρὰ κόμῳ, vel εὐτε παρ' οἴνῳ vel οἶνον. Meinekius p. 103 : εἰ δ' ὑπὲρ ὧμων σύσπαστος... χλαμὺς, in humeris collecta. Sed πετάσον, epheborum item ut χλαμὺς; insigne (Pollux X, 164), recte tuetur cum Jacobsio Piccolos p. 74.

CLXII. — Pulcherrimo phantasmate fingit suum Amorem adhuc pusillum a matre Venere, libellum tenentem, elementa doceri, sed pro vocibus ibi scriptis pulchrorum puerorum nomina balbutire. Sic ap. Appuleium Metam. X, p. 680 : *quamdiu primis elementis Cupido parrulus nutriebatur, imbecillis adhuc ejus viribus*. Ita fere Jacobsius, sed de extremis vide infra dicenda. — 1 τοῦτο φέρων οὐδάρως Cod., corr. Jacobsius, prius etiam Reiskius. « Valde probabiliter, servavi tamen τοῦτο φέρων, scilicet subaudito τις. Recepi ὥριος. » B. Cum Hermann; Heckerus autem I, p. 209, ἀρχίος; scribere malebat. — 2 ὑποτρέφεται Cod., Jac. et Boiss., sed verba παρὰ τὴν Κύπριν postulare ὑποστρέφεται Hermannus recte observat, quod est in apographo Guyeti; Brunkius ἐπιστρέφεται. — 3. « Δέλτον ἔχω, ut puerulus, puto, qui adhuc ad magistrum itat. Et sequenti versu ejus anima balbutit, ut pueruli. » B. Sed falso suspectum Hermann; Διόδορον, qui δὲ' αὐτῆς (ψυχῆς) conjecit. Est pater Philocratis. — 4 ψυχῇ Cod. et Boiss. Jacobsius ψυχῇ, ediditque Ψυχῇ, de *Psyche* tanquam magistra Amoris cogitans, « apud quam legere discens non id quod est in pugillaribus, sed pulchrorum puerorum balbutit nomina et illerebras. » Verum in tota Anthologia nullum esse fabulæ Ψυχῆς vestigium monuit Geistius. Jam Salmasius ψυχῆς; εἰματα, pro quo facile apparet quam pronus fuerit librarius in tali structura ad supponendum nominativum ψυχῇ. Sequitur in Codice κατ' Ἀντιγένους, quod ita explicat Hermannus : « redit ad matrem cum aurea tabula, ex qua Philocratis incantamenta animæ in Antigenem balbutit, videlicet Philocratem suum, Antigenis, animum amore incanta visse et urere. » Ut ex Antigenis persona loquatur poeta et Antigenis sit ille οὐδὸς; ἔρω. Quæ commentus esse videtur Hermannus quod in fine positum κατ' Ἀντιγένους; cum vi esse videbatur. Sed κατ' Ἀντ. legendum esse consentiunt Jac., Græf., Meinek. p. 102, Boiss. et Heckerus, cujus hæc est interpretatio : « Asclepiades dicit amorem suum, quo aut Philocratem aut Antigenem completi cuperat, recentem et sub ipsa initia moratum, ad matrem revertisse puerulum, quum comperisset Philocratem et Antigenem mutuo se invicem amare, suum igitur amorem

hoc facto in ipso ortu extinctum esse. » Pulchrorum mutuum inter se amicitiam celebrat etiam Meleager ep. 164.

CLXIII. — Pulchrum pulchro miscere sciens Amor duos pueros venustissimos amicitia junxit. — 1 ἔρωτι καλῶ μίξῃ καλὸν Cod., ἔρωτι Salmas., τί Meinek. p. 102, μίξῃ Wyttenb. et Hermannus, vulgo μίξαι. — 2 ἀ μίγῃ Guyetus, quod recepit Boiss., et ἀνθῶι scribit, « quod respondit optativo, ἐν ἴσῳ autem ad utrumque verbum pertinet. » (Conf. ad Pachym. Decl. p. 54.) Ceteri singularem ὁ ad mixturam smaragdi cum auro referunt, a veteribus passim ob splendorem et jucunditatem dilaudatam. Non nitere et florere dicit poeta, si compares puerorum quos celebrat nitorem et pulchritudinem. Hermanus excidit ὁ μήτ' αὐθ' ἐν, μήτε etc., qui de ἐν ἴσῳ citat Hemsterb. ad Lucian. I, p. 84. Γένοντο est pro γένοντ' ἀν. Jacobsius conj. γυνούτ', probatum Meinekio, non nobis. Diversus in illis color, non diversus in pueris. — 3 ἐλέφαντ' ἐδέων λευκῶ Cod., ἐδεον Brunckius, sed nemo dixit τὸ ἐδεον. Quare post ἐδέων distincti cum Hermanno. Nam versus 2, nisi valde est corruptus, adversatur Meinekianæ distinctioni :

οὐδ' ἐλέφαντ' ἐδέων · λευκῶ μέλαν' ἀλλὰ Κλέανδρον,

ne dicam adjectivorum trajectionem in hoc loco, hoc carmine probari nullo modo posse. Collato ep. 165 nihil proficitur. — 4 ἐν βίῳ Cod., corr. Salmas.

CLXIV. — « Amicitiam Cleobuli et Alexidis puerorum dulcissimarum rerum conjunctioni comparandam esse. Lusus in verbis nititur eleganti imagine, qua φιλίας ἀνακίρνασθαι veteres dixerunt. » Graf. — 4 θνατὸν ὄντως τὸ κύπρ. Cod., quod ulcus plurimi tetigerunt, nemo successu fausto. « Variæ sunt virorum conjecturæ. Meam edidi. » B., scil., τὸ θνατοῖς ὄντως Κύπρ. Jacobs. ἀθανάτων ὄντως K., in Add. ὑδροκομῶν vel ξανθόκομος · λῶστον K., in nott. mss. εὐκράτου (quod Wartonus conjecit) · λῶστον K. Heckerus probat Klotzii inventum ὄντως ὁνητόν K. Denique Piccolos θνητοὶ vel θνητῶ πινόντων K.

CLXV. — Simul amat pueros duos, candidum alterum, alterumfuscum: quod fatale sibi esse dicit ob nomen, quod Amores ipsi sinxerint ex nigro et albo (μέλας et ἄργός). Intelligo autem παῖδων v. 3 quasi esset τούτων τῶν παίδων. Aliter assentiendum est Salmasio mutilum esse carmen et uno certe disticho privatum. — 1 ἀντίατο δε μ. Cod., τοῦδε apographa. — 4 πλέξιν vitiosum esse apparet; ἐκ λευκοῦ πλέξαι Salmasius, ἐκ λ. πλέξαν, φασί Græsius; πλέξαι μ' ἐκ ἐτ φασί τε Jacobsius, in nott. mss. πλέξαι καὶ λευκοῦ. Heckerus πλέξαι ἴσ' ἐκ λευκοῦ, æqualiter, qui verum assecutus esse videtur.

CLXVI. — Amores rogat poeta, ut aut in partem animæ sibi relicta desinant sævire, aut illam non sagittis, sed igne totam conficiant. — 1 ἔρωτος Cod., corr. Salmas. — 2 τὸν τογ' ἔχ. π. θεὸν Cod., corr. idem. — 3 ἡ μὴ καὶ τόξοις βάλλ. Cod.; εἰ καὶ μὴ, τόξοις μὴ βάλλ. Salmas.; Pier-soni conjecturam, Meinekio p. 104 non improbatam, εἰ μὴ, ναὶ τόξοις μὴ βάλλ. recepit Boiss.; ἡ καὶ μὴ τόξοις ἐτι βάλλ. Jacobsius. Similiter Hermannus: ἡ μὴ δὴ τόξοις ἐτι βάλλ., quod recipiendum duxi. Weichertus τόξοις γέ β. — 4 καὶ πάντ. Brunck. et Meinek. — 6 ἐξ ὁμίων τούτων εἰτετι Cod., εἰτ' ἐτι apogr. Par., varie tentatum a pluribus qui vel integerrimo ἐξ ὁμίων non pepercerunt, suam conjecturam his retractat Jac. nott. in mss.: « Lectionem ἐξ ὁμίων tuetur Paulus Sil. V, ep. 226, 7. Vitium

in alio vocabulo hæret. Fortasse: κάρῳν εἰ γέ τι », recto tenens εἰ γέ τι, quod ediderat, servatum etiam a Boissonadio, qui tacite τούτ' οὖν posuit pro τούτων, et in hoc acquiescere possumus. Meinekio ἐξ ὁμίων οὐδ' ὧν ἔστ' ἐτ β., ne ea quidem quæ mihi relicta sunt habere volo coll. VII, ep. 661, 5, non probabiliter. Hermannus τούτων εἰσέτι β. Heckerus τούτων λίτ' ἐτι β., « sive leitiâ, ut in Codice hoc adj. scribitur. Sensus: sagittis vestris confectus, καρπυῶν μικρὸν a vobis deponso, quo in cineres redigar. Potest τούτων et ad ἀνίας referri, sententia paulum diversa, aptissima tamen. » Imo neutra apta.

CLXVII. — Amore velut tempestate ad Myiscum rapitur. — 2. Conf. V, ep. 190, 2: κώμων χειμέριον πέλαιος. — 2. Idem hemistichium ep. 157, 3. Græsius πνεύσας ὁ Πόθος, « ut solet Meleager »: Jacobs. nott. mss.: « Fort. δ' ὁ βαρὺ πν. »

CLXVIII. — Poeta in compotatione ministrum Heliodorum jubet duo pocula in Nannus et Lydæ honorem, in Antimachi et Mimnermi poetarum, qui eas cecinerunt, totidem, alia deinde in aliorum poetarum honorem infundere. — 1 νάννους Cod., in fine περὶ καύστου, Salmas. τέρ' ἐραστῶν, Jacobsius φιλεράστου, « quod epitheton decet poetam qui nil sine amore jocis quæ jucundum esse censebat, Horat. Epist. I, 6, 65. » — 3 ἐμὸν Cod., corr. Brunck. — 4 εἶπα; Cod.; εἶπαι; malit Jac., propter εἶπον imperativum v. 5. Heliodorus ministri nomen est. — 5. « Εἶπον scriptum in Cod. et apographo restitui pro edito εἰπόν. Est εἶπον imperativus formaque legitima; vid. Buttmann. ad Menon. Excurs. et quæ collegi ad Theocr. p. 224. Supra IX, ep. 732 et infra ep. 212, 218 est εἶπον in apographo. Reliqui quod inveni editum εἰπόν in Plan. ep. 23, quum non memoretur varietas. — 8 οὐχὶ ληνάχαριν apogr. Par. Versum varie tentatum immutavi et ego ut sensu non careret. » B. Scil. οἰνωθέντ' οὐ χλῆτα νεῖτ' ἄχαριν. « Sensus esse puto in versibus male depravatis: Unum poculum tibi, o Venus, bibam; reliqua autem jam sine numero. In hunc sensum corrigendum existimo:

τάλλα δ' ἔρωτες,

ὧς νήφοντ' ἀριθμεῖν, οὐχὶ λίην ἄχαρι;

aut, quod malim, sine interrogatione: ναίχι λίην ἄχαρι. » Jac. Perdi operam et oleum puto in versu hinc prorsus alieno.

CLXIX. — Poeta se, quum durum dominum jam effugisse se speraverit, in duriorum incidisse queritur. Non dictum de quo dominio agatur; sed vere Cephalus de formosorum puerorum tyrannide accepisse videtur. — 1 εἶπα Codex. « Quod ὅσον εἶπα, vix dixeram, recte haberet. si sequeretur καὶ πικρότερός με κατέσχε. Nunc scribo εἶπας, quam analocuthiam illustravi præf. ad Com. t. IV, p. 10. » Meinek. p. 160. Jam Pauvius volebat εἶπας. — 3. « Post hunc versum exciderit distichon, quo alter, cui poeta serviebat, nominabatur. » Hermann. Nisi scribendum λατρεύσας, qua correctione admissa nihil difficultatis.

CLXX. — « Deos ὀρκίους poeta testes facit fœderis cum Athenæo in convivio juncti. Sed in fine truncatum videtur epigr. » Jac. Idem Hermannii iudicium, nec facile quis dubitabit. — 1 σπονδῆι καὶ λιθάνω τε καὶ ο κρητῆρι Cod. — 2. Euripides: ἀπάντων τέμν' ἔχοντες θεοί. Conf. XIII, ep. 26, 4. — 4 ἀθηναῖος Cod., corr. Meinek

CLXXI. — Zephyrum poeta precatur ut Euphragoram puerum theoriam obeuntem, salvum et incolumem reducat. De nomine pueri non sum securus. — 3 εἰς ὀλίγον τίνες Cod., corr. Brunkius. Ὀλίγον servant Jac. et Meinek. p. 160, qui mire: « εἰς ὀλίγον τείνειν idem est quod συντέμνειν. » Cum neutro ὀλίγον sive μηνός; sive μήκος; scribendum fuisse monuit Hermannus. — 4 μυριέτης; ut videtur, Cod.

CLXXII. Apud Plan. δῶλον. Anacreon:

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,  
χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

— 1 ἐκ δυσουτρων Cod., corr. Brunc.; ἐκ δύο λοιπὸν Plan.

CLXXIII. « Gallice vertit Dacier. ad Horat. I Sat. 2, 121; latinis versibus D. Heins. Dissert. ante Horatium a se editum p. \*\*\*\*. Et latinis etiam versibus est imitatus Moneta in Menagianis II, p. 167, ubi et græca frustra sollicitat. » B. Meretricis et ingenue puellas amore inflammatus poeta hanc sibi magis desiderabilem videri ait. — 2. Nihil offensionis habet hiatus. — 4 ἦν Cod.; ἦν i. q. ὁποτέραν. — 5 δημάριον Cod., corr. Petitus, vere; nam non apparet cur subito poeta Demonem alloquatur. Sed Boiss.: « Mutant scriptum Δημάριον in Δημάριον, bene quidem, verum omnino citra necessitatem. Ad sententiam conf. ep. 200. » — 6. Contrarium dicit idem Philodemus ap. Horat. Sat. I, 2, 121 seq.

CLXXIV. Cod. φρόντονος. — « Gallice vertit et illustrat Larcher. ad Charit. t. II, p. 278. » B. Puerum ad præbendum invitât obscuro lusu grammatico. — 1 Κύρε Cod. « In πολεμεις μ' ὦ notanda est diphthongi elisio, de qua dixit Lobeck. ad Soph. Aj. 191. » Meinek. p. 218. — 3. Μῆδος, nimirum μὴ ζούς. Cod. σάκας, quod correxit Mein. Sacas notus ex Cyropædia, sed hic vult *barbatum*; v. Thes. — 4 ποιήσουσιν αἱ Cod., cum brevi syllaba in medio pentametro intolerabili; talē Meinek.; operosius Hermannus καὶ δὲ σε ποιήσουσ', et Passovius καὶ ποιήσουσιν σ'. Item fæde dictum Ἀστυάγης; de piloso, ad cujus adspectum pædicones non arrigunt. « Conf. not. ad ep. 11, 4. » B.

CLXXV. — Diophonti excusat amicos puerorum ejus mollium, vinum ministrantium, amore correptos. — 1 ἑταίροις Brunkius, perperam. — 8. « Scil. ἐπὶ τὸ οὐδὲν ἰδεῖν. Alia exempla congeSSI ad XI, ep. 125, 5. — Geminum germanum est et haud dubie ex eodem fonte ductum, unde Strato duxit suum, epigr. Martialis IX, 25:

Dantem vina tuum quoties aspeximus Hyllum,  
Lumine nos, Afer, turbidiorē notas.  
Quod, rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?  
Aspicimus solem, sidera, templa, deos.  
Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon  
Porrigat atque oculos oraque nostra petat?  
Trux erat Alcides. et Hylan spectare licebat;  
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.  
Si non vis teneros spectet conviva ministros,  
Phineas invites, Afer, et Cœdipodas. » Jac.

CLXXVI. — « Pilos puero succevisse poeta suspicatur inde, quod veste usque ad talos demissa oculisque dejectis incedat. — 2. Ἄπ' ἰγνύης; supra poplites sublatum. Alte præcinctus esse solebat puer meritorius, ut juvenili flore conspicuus amantium oculis in se converteret. »

Jac. Cod. ἀπ', sed ἐπ' correxit Heckerus I, p. 181, coll. Theocr. XXVI, 16: αἱ δὲ (Ino, Autonoe, Agave) τέκναι; ἐκ ζωστήρος ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι.

CLXXVII. — Morridis pueri suavitatem osculorum celebrat. — 1. « Ὑγιαίνουμεν, nobis ὑγιαίνει dicimus. Ut Latini mane *salvere*, vesperi *valere* jubebant amicos, sic Græcos χαίρειν et ὑγιαίνειν eadem ratione distinxisse constat. Videtur tamen poeta hac periphrasi usus esse, ut simul ad gaudia, quæ nox allatura erat, respiceret. » Jac. — 6. Conf. V, ep. 55, 2.

Unus pater, filii duodecim; horumque unicuique  
filiae sexaginta diversum aspectum habentes:  
hæ quidem sunt albæ visu, illæ rursus nigræ;  
immortalesque licet sint, pereunt cunctæ.

## 102. A Pythia imperatori Hadriano.

Ignotum me interrogas de genere et patria terra  
divinæ Sirenis; sedes autem Ithaca quædam Homeri;  
Telemachusque pater et Nestorea Polycaste [simum alia  
mater quæ eum peperit, præ mortalibus longe sapientis-

## 103. ÆNIGMA.

Si me teneram cepisses, forte meum bibisses effusum  
nunc autem quum vetulam me confecit ætas, [sanguinem  
comede rugis-refertam, humidum nil habentem,  
ossa confringens una-cum carne mea.

## 104. ΑΛΛΟ.

Πέρην σὴν ὀπίσω, κάλαθον χερὶ, τὸν τράγον ὤμοις,  
αἰπόλε, σῶν ἀγρῶν σύμβολα πάντα φέρεις.

## 105. ΑΛΛΟ.

Εἰμὶ χαμαιῖζλον ζῶων μέλος· ἦν δ' ἀφέλῃς μου  
γράμμα μόνον, κεφαλῇς γίνομαι ἄλλο μέρος·  
ἦν δ' ἕτερον, ζῶων πάλιν ἔσσομαι· ἦν δὲ καὶ ἄλλο,  
ὃ μόνον εὐρήσεις, ἀλλὰ διηκόσια.

## 106. ΑΛΛΟ.

Τέσσαρα γράμματα ἔχων ἀνύω τρίβον· ἦν δὲ τὸ πρῶ-  
γράμμι ἀφέλῃς, αἶω· καὶ τὸ μετ' αὐτὸ πάλιν, [τον  
βορβόρω εὐρήσεις ἐμὲ φιλιτατον· ἦν δὲ τὸ λοῖσθον  
αἶρης, εὐρήσεις εἰσέτι βῆμα τόπου.

## 107. ΑΛΛΟ.

Λαμπάδα μὲν προέηκεν Ἔρως καὶ τόξα καὶ ἰοὺς,  
Αἰθιοπῶν δὲ κόνιν ἀντὶ βελῶν προχέει.

## 108. ΑΛΛΟ.

Οὐδὲν ἔσωθεν ἔχω, καὶ πάντα μοι ἐνδοθέν ἐστι,  
ποῖκα δ' ἐμῆς ἀρετῆς πᾶσι δίδωμι χάριν.

## 109. ΑΛΛΟ.

Ἐν πυρὶ κοιμηθεῖσα κόρη θάνεν· ὁ προδότης δὲ  
οἶνος ὑφ' οὗ δὲ θάνεν, Παλλάδος ἦν στέλεχος·  
ὁ κτεῖνας ναυηγός· ἐνὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ  
καίται μεμφομένη τὰς Βρομίου χάριτας.  
Παλλὰς καὶ Βρόμιός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυῖεις,  
οἱ τρεῖς τὴν μούνην παρθένον ἠφάνισαν.

## 110. ΑΛΛΟ.

Οὐδεὶς βλέπων βλέπει με, μὴ βλέπων δ' ὁρᾷ·  
ὁ μὴ λαλῶν λαλεῖ, ὁ μὴ τρέχων τρέχει·  
ψευδὴς δ' ὑπάρχω, πάντα τέληθ' ἰλέγων.

## 111. ΑΛΛΟ.

Ἄγονος ἐξ ἀγόνων, βελετηφόρος, ἐμβρεφός, ἄρσις.

## 112. Χρησμὸς δοθεὶς Κροίσῳ τῷ Λυδῷ.

Ἄλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γέννηται,  
καὶ τότε, Λυδὸς ποδαβρὲ, πολυψηφίδα παρ' Ἑρμον  
φεύγειν, μὴδὲ μένειν, μὴδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

## 113. Χρησμὸς δοθεὶς Ἀρχιλόχῳ.

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τηλεσίχλεις,  
ἔσσει· ἐν ἀνθρώποισιν, ὃς ἂν πρῶτός σε προσείπῃ  
νῆς σῆς ἀποβάντα φιλή· ἐν πατρίδι γαίῃ.

## 114. Χρησμὸς δοθεὶς τῇ μητρὶ Ἀλεξάνδρου.

Πέρσαι λάτρην ἐμὸν σημάντορα χερὶ βιαίῃ

ΑΝΤΙΘΛΟΓΙΑ. II.

## 104. ALIUD.

Peram tuam a-tergo, calathum manu, hircum humeris,  
o caprari, tuorum agrorum symbola cuncta geris.

## 105. ALIUD.

Sum humile animalium membrum : si vero auferas a-me  
literam unam, capitis fio alia pars ;  
si autem alteram, animal rursus ero ; si vero et aliam,  
non solum invenies, sed ducenta.

## 106. ALIUD.

Quattuor literas habens absolve viam ; si vero primam  
literam auferas, audio ; et si sequentem rursus,  
luto invenies me amicissimum ; si autem extremam  
tollas, invenies adhuc vocabulum loci.

## 107. ALIUD.

Lampada quidem abjecit Amor et arcum et sagittas,  
Æthiopum vero pulverem jactatorum loco fundit.

## 108. ALIUD.

Nihil intus habeo, et intus insunt cuncta mihi,  
gratuitoque meæ virtutis omnibus præbeo munus.

## 109. ALIUD.

In igne sopita puella (pupilla) obiit ; proditor vero  
erat vinum ; et a quo obiit, Palladis fuit truncus ;  
qui interfecit, naufragus ; in viventi autem tumulo  
jacet querens de Bromii muneribus.  
Pallas et Bromius et inclytus Utrimque-claudicans,  
hi terni unam virginem perdidierunt.

## 110. ALIUD.

Nemo cernens cernit me ; si vero non cernit, videt ;  
qui non-garrit, garrit ; qui non currit, currit :  
mendaxque sum, cuncta vera dicens.

## 111. ALIUD.

Infecundus ex infecundis, sagittifer, puerulus, elevati

## 112. Oraculum datum Creso Lydo.

Sed quando semiasinus rex Medis fuerit. [Hermun  
tunc vero, Lyde mollis-pedes, calculis-abundantem propte  
fuge, neu mane, neu verecundare ignavus esse.

## 113. Oraculum Archilochi datum.

Immortalis tibi filius et celebrandus, o Telesicles,  
erit in hominibus, qui primus te allocutus-erit  
nave tua descendente clara in patria tellure.

## 114. Oraculum datum matri Alexandri Macedonis

Persæ famulum meum ducem manu violenta

ἔκτανον, οἰκεία δὲ κόνις νέκυν ἀμφικαλύπτει·  
τοῦ δ' ἦν τις Φαέθοντι θοῶς λεύκ' ὅστέα δείξει,  
οὗτος τοι Περσῶν τὸ μέγα κράτος ἐνδοθὶ θραύσει·  
κεῖται δ' Ἀσίδος ἐντὸς δριζομένη ἐνὶ νήσῳ  
δάφνη καὶ βρείβοισι παραὶ Πελοῖο γέροντος·  
πράξω δ' ἀνέρα μάντιν ὕψηγητῆρα κελεύθου  
Φωικέα, δὲ ψαμάθοισιν Ἀπαρνίδος οἰκία ναίει.

115. Χρησμός δούεις τῷ Κωνσταντίνῳ.

Οὐ θέμις ἐν Τροίῃς σε πάλαι τμηθέντι θεμείλῳ  
Ῥώμης ἰδρῦσαι νέον οὖνομα· βαίνει δὲ χαίρων  
ἐς Μεγαρήϊον ἄστν Προποντίδος ἄγχι θαλάσσης,  
ἐνθ' ἰχθύς ἐλαφὸς τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν.

#### 116. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΑ.

Τίπτε με τῶν καρύων ἔνεκεν πληγῇ τι πιέξεις,  
ὦ μήτηρ; τάδε πάντα καλαὶ διαιρηθήσαντο  
παρθένου. Ἡ γὰρ ἐμείο Μελίσσιον ἑβδομα·δοῖα,  
ἡ δὲ δουδεκάτον Τιτάνη λάβει· ἕκτον ἔχουσιν  
καὶ τρίτον Ἀστυόχη φιλοπαίγμονες ἡδὲ Φίλινα·  
εἴκοσι δ' ἄρπαξεν Ἑτίς λάβει, δώδεκα Θέτις·  
ἡ δ', ὄρα, ἡδὺ γὰρ Γλαύκη παλάμῃσιν ἔχουσα  
ἐνδεκα· τοῦτο δέ μοι κάρυν περιλείπεται ὅλον.

117. ΑΛΛΟ.

α. Ποῦ σοι μῆλα βέβηκεν, ἐμὸν τέχος; β. Ἐκτα μὲν Ἰνώ  
δοῖα, καὶ ὀγδοάτην μοῖραν ἔχει Σεμέλη·  
Αὐτόνη δὲ τέταρτον ἀφῆρπασεν· αὐτὰρ Ἀγαυὴ  
πέμπτον ἐμῶν κόλπων ὄψε· ἀπαινουμένη·  
σοὶ δ' αὐτῇ δέκα μῆλα φυλάσσεται· αὐτὰρ ἔγωγε,  
ναὶ μὰ φίλῃν Κύπριν, ἐν τῷδε μῶνον ἔχω.

118. ΑΛΛΟ.

Δρεψυμένη ποτὲ μῆλα φίλαις διεδάσσατο Μυρτώ·  
Χρυσίδι μὲν μῆλων πέμπτον πόρε, τέταρτον Ἡροί,  
ἐννεακαίδεκατον Ψαμάθῃ, δέκατον Κλεοπάτρῃ·  
αὐτὰρ εἰκοστὸν δωρήσατο Παρθενοπείῃ·  
δώδεκα δ' Εὐάδνῃ μῶνον πόρεν· αὐτὰρ ἐς αὐτὴν  
ἤλυθον ἐκ πάντων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μῆλα.

#### METRODORI

##### PROBLEMATUM ARITHMETICA.

116.

Quid mihi pro nucibus minitaris verbera, mater?  
Has pulchræ inter se dispertivere puellæ.  
Septima pars flavæ cessit geminata Melissæ,  
Ipsa duodecimam Titane sibi sumpsit, habentque  
Sextantem Astyoche, festiva Philinna trientem,  
Viginti Thetis, at rapuit Thisbe improba bis sex;  
Abstulit et ridens Glaucæ totidem minus unâ.  
Sed numero ex omni nux hæc mihi denique restat. B. M.

117. ALIUD PROBLEMA.

α. Dic ubi, nate, reposta tibi sunt mala? β. Trientem

interfecerunt, patriusque pulvis mortuum circumtegit;  
hujus autem si quis Phaethonti (soli) cito alba ossa  
hic Persarum magnum robur intus franget; [ostenderit,  
jacet autem Asiam intra, circumscripta in insula,  
laurum et fluenta prope Pelii grandævi.  
Quære autem virum vatem indicem viæ  
Phocensem, qui in-arenis Aparnidis domos habitat.

115. Oraculum Constantino datum.

Non fas est in Trojæ te olim destructo fundamento  
Romæ ponere novum nomen; perge vero gaudens  
in Megaricam urbem Propontidis juxta pontum,  
ubi piscis cervusque pascuis vescuntur in iisdem.

#### 116. METRODORI EPIGRAMMATA ARITHMETICA.

Quid me nucum causa plagis premis,  
o mater? hasce omnes pulchræ inter-se-partitæ sunt  
virgines. Sane enim mihi Melissium septimas-partes duas,  
sed duodecimam Titane ademit; sextam habent  
et tertiam Astyoche atque Philinna jocis-gaudentes;  
viginti autem raptas Thetis cepit, duodecim Thisbe;  
et hæc, vide, suaviter ridet Glaucæ manibus tenens  
undecim: hæc porro mihi nux relinquitur sola.

117. ALIUD.

α. Quo tibi mala abiere, mi fili? β. Sextas-partes Ino  
duas, et octavam partem habet Semele;  
Autonoe vero quartam abstulit; sed Agave  
quintam e meo sinu evasit adimens;  
tibi autem ipsi decem mala servantur; at ego,  
næ dilectam testor Cyprum, unum hoc modo habeo

118. ALIUD.

Decerpta olim mala-inter amicas divisit Myrto:  
Chrysidi malorum quintam-partem dedit, quartam Heroni  
decimam-nonam Psamathæ, decimam Cleopatrá;  
sed viginti mala donavit Parthenopiæ;  
duodecim autem Evadnæ modo præbuit; sed in ipsam  
venerunt ex omnibus centum et viginti mala.

Ino habet, octantem possidet at Semele;  
Quadrantem Autonoe sumpsit, properavit Agave  
Quintantem e nostro diripuisse sinu.  
Mala decem servantur adhuc tibi. Testis amica  
Sed Venus, hoc unum jam superesse mihi. B. M.

118. ALIUD PROBLEMA.

Dilectis Myrto divisit mala puellis:  
Heronem quartâ, sed donat Chrysida quintâ;  
Dat decimam nonam Psamathæ, decimam Cleopatrá;  
Pars munus cedit vicesima Parthenopæ;  
Bis sex Evadne capit. Ipsi denique tanto  
De numero, centum viginti mala supersunt. B. M.

## 119. ΑΛΛΟ.

Ἄντομέναις ποτὲ μῆλα φίλαις διεμοίρσαντο  
 Ἰνὸ καὶ Σεμέλῃ δώδεκα παρθενικαῖς.  
 Καὶ ταῖς μὲν Σεμέλῃ πόρην ἄρτια· ταῖς δὲ περισσὰς  
 ὤκε κασιγνήτῃ· μῆλα δ' ἔχεν πλέονα.  
 Ἡ μὲν γὰρ τρισῆσι τρεῖς ἔδοξα δῶκεν ἐταίραις,  
 ταῖς δὲ δύο πάντων πέμπτον ἔδωκε λάχος·  
 ἑνδεκα δ' Ἀστυνόμῃ μιν ἀφελιατο, καὶ οἱ ἔλειπεν  
 μῶνα κασιγνήταις μῆλα δύο φερέμεν.  
 Ἡ δ' ἐτέρῃ πισύρεσαι πόρην δύο τέτρατα μήλων,  
 πέμπτῃ δ' ἑκταίῃν μοῖραν ἔδωκεν ἔχειν·  
 τέσσαρα δ' Εὐρυχόρῃ δῶρον πόρε· τέτρασι δ' ἄλλοις  
 μήλοισιν Σεμέλῃ μέμμεν ἀγαλλομένη.

## 120. ΑΛΛΟ.

Ἡ καρὺ πολλοῖσιν ἐβεθρίθει καρύοισιν·  
 νῦν δὲ τις ἐξαπίνης μιν ἀπέθριεν· ἀλλὰ τί φησίν;  
 « Ἐκ μὲν ἐμεῦ καρῶν πέμπτον λάβε Παρθενόπεια·  
 ὀγδόατον δὲ Φιλίνα φέρει λάχος· ἡ δ' Ἀγανίπη  
 τέτρατον· ἑβδομάτῃ δ' ἐπιτέρπεται Ὀρείθυια·  
 ἕκτῃ δ' Εὐρυνόμῃ καρῶν ἐδρέψατο μοῖρην·  
 τρισσαὶ δ' ἑξῆς κατὸν Χάριτες διεμοιρήσαντο·  
 ἑννάκι δ' ἑννέα Μοῦσαι ἐμεῦ λάβον· ἑπτὰ δὲ λοιπὰ  
 δῆεις ἀκρεμόνεσσιν ἐφήμενα τηλοτέροισιν.

## 121. ΑΛΛΟ.

Ἐπτάλορον ποτὶ ἄστῃ Γαδειρόθεν, ἕκτον ὁδοῖο  
 Βαίτιος εὐμύκους ἀχρὶς ἐξ ἡϊόνας·  
 κείθεν δ' αὖ πέμπτον Πυλάδου μετὰ Φώκιον οὐδας,  
 Γαυρὴν χθὼν, βοῆς οὖνομ' ἀπ' εὐετίας·  
 Πυρήνην δὲ τοι ἔνθεν ἐπ' ὀρθόκραϊρον ἰόντι  
 ὄγδοον, ἡ δὲ μίτῃς ὠδὲκατον δεκάτης.  
 Πυρήνης δὲ μεσηγὺ καὶ Ἀλπίος ὑψικαρῆνον  
 τέτρατον· Αὐσονίης αἶψα δωδεκάτον  
 ἀρχομένης ἤλεκτρα φαίνεται Ἡριδανοῖο.  
 ὦ μάκαρ, ὅς δισσὰς ἔνυσσα χιλιάδας,

## 119. ALIUD PROBLEMA.

Bis senis Ino quondam Semeleque puellis  
 Pignus amicitiae mala dedere suae:  
 Parci et Semele paria istis tradidit; illis  
 Imparia exhibuit pluraque mala soror.  
 Quintam malorum partem dedit ista duabus;  
 Est data virginibus septima trina tribus;  
 Astynomeque decem, sed et unum sumit. At Ino  
 Germanis retinet bina ferenda suis.  
 Altera bis geminas gemino quadrante puellas  
 Donat, sextantem quinta puella capit,  
 Quattuor Eurychore. Solido Semele quoque gaudet  
 Quattuor e numero mala relicta sibi.

B. M.

## 120. ALIUD PROBLEMA.

Quae succisa jacet, multo nux ardua quondam  
 Pollebat foetu, numerumque hac arte recenset:  
 « Nostris ex nucibus quintam sibi Parthenopea;

## 119. ALIUD.

Rogantibus olim mala amicis distribuerunt  
 Ino et Semele duodecim virginibus: [imparia  
 atque his quidem Semele praeuit paria-numero, illis vero  
 dedit soror; mala autem habuit plura.  
 Haec enim tribus tres septimas-partes dedit amicis,  
 duabus autem omnium quintam dedit sortem;  
 undecim vero Astynome ei abstulit, atque ei reliquit  
 sola sororibus mala duo ferenda. [malorum;  
 Altera vero quattuor amicis praeuit binas quartas partes  
 quintae autem sextam partem dedit habendam;  
 quattuorque mala Eurychorae donum praeuit; quattuor-  
 malis Semele mansit exultans. [que aliis

## 120. ALIUD.

Nux arbor multis onusta erat nucibus: [arbor?  
 nunc autem quispiam subito illam totondit; sed quid dicit  
 « A me nucum quintam-partem cepit Parthenopea;  
 octavam vero Philinna fert sortem; atque Aganippe  
 quartam; et septima gaudet Orithyia;  
 sextamque Eurynome nucum carpsit partem;  
 ternaeque sex et centum Gratiae inter-se-partitae-sunt;  
 noviesque novem Musae a-me ceperunt; septem denique  
 cognosces ramis insidentes remotioribus. [reliquas

## 121. ALIUD.

Septicollum ad urbem a Gadira, sexta-pars itineris  
 usque ad Bætis fluvii armentis-plenas ripas;  
 illinc autem rursus quinta-pars Pyladæ ad Phocense solum,  
 Taura (Vacca) tellus est, bovina nomen a fecunditate  
 ad Pyrenen inde per arduum-verticem eunti [ductum;  
 octava-pars, et unius duodecima-pars denarii.  
 Pyrenen autem inter et Alpes excelso-capite  
 quarta-pars; Ausonia statim duodecima-pars  
 ubi-incipit, succinum lucescit Eridani.  
 O me felicem, qui duo confeci millia stadiorum,

Octavamque Philinna capit, quartamque Aganippe;  
 Septima formosae conceditur Orithyiae;  
 Eurynome sextam e numero sibi vindicat omni.  
 Centenas ternae Charites senasque tulere;  
 Demum Pierides novies sumpserunt novenas.  
 Summis in ramis septem tamen ecce supersunt.

B. M.

## 121. ALIUD PROBLEMA.

Quisquis adire cupis Romanam Gadibus urbem,  
 Sextans ad ripam Bætidis usque viae est.  
 Quintantem hinc numera Phocensis ad arva coloni,  
 A multa regio quae bove nomen habet.  
 Inde Pyrenae praecelsa ad culmina montis  
 Octans est, decimae parsque duodecima;  
 Quarta Pyrenaeos, gelidas jacet inter et Alpes.  
 Parte duodecima hinc incipit Ausonia,  
 Qua Phaethontides sudant electra sorores.  
 Sed tamen ulterius millia perge duo;

πρὸς δ' ἔτι πέντι' ἐπὶ ταῖς ἑκατοντάδας ἔνθεν ἐλαύνων·  
ἡ γὰρ Ταρπεὶη μέμβλετ' ἀνακτορίῃ.

## 122. AAAO.

Εὐδελφάροιο Δίχης ἱερὰ κρήδεμνα μῆνας,  
ὄφρα σε, πανδαμάτωρ χρυσέ, βλέπομαι τόσον,  
οὐδὲν ἔχω· πίσυρας γὰρ ἐπ' οὐκ ἀγαθοῖσι ταλάντων  
οἰωνοῖσι μάττην δῶκα φίλοις δεκάδας·  
ἤμισυ δ' αὖ, τρίτατόν τε καὶ ὀγδοον, ὦ πολύμορφοι  
ἀνθρώπων κῆρες, ἐχθρὸν ἔχοντα βλέπω.

## 123. AAAO.

Πέμπτον μοι κλήρου, παῖ, λάμβανε· δωδέκατον δὲ  
δέξο, δάμαρ· πίσυρες δ' υἱός οἰχομένου  
παῖδες, ἀδελφείοί τε δύο, καὶ ἀγαστονε μῆτερ,  
ἐνδεκατὴν κλήρου μοῖραν ἕκαστος ἔχε.  
10 Αὐτὰρ, ἀνεψιαδοῖ, δυοκαίδεκα δέχθε τάλαντα·  
Εὐδούλος δ' ἔχέτω πέντε τάλαντα φίλος.  
Πιστοτάτοις δμῶεσσιν ἐλευθερίην καὶ ἄποινα,  
μισθὸν ὑπηρεσίης, τοῖσδε δίδωμι τάδε·  
ὧδε δὲ λαμβανέτωσαν· Ὀνήσιμο; εἰκοσι πέντε  
15 μνᾶς ἔχέτω· Δάος δ' εἰκοσι μνᾶς ἔχέτω,  
πεντήκοντα Σύρος, Συνετὴ δέκα, Τίβιος ὀκτώ·  
ἐπτά δὲ μνᾶς Συνετῷ παιδί δίδωμι Σύρου.  
Ἐκ δὲ τριηκόντων κοσμήσατε σῆμα ταλάντων,  
ρίζετε δ' Οὐδαίῳ Ζανὶ θυηπολίην·  
15 δισσῶν ἑς τε πυρὴν καὶ ἀλφίτα καὶ τελαμῶνας,  
εἰκάτην διοῖν σῶμα χάριν λαβέτω.

## 124. AAAO.

Ἥλιος, μῆνι τε καὶ ἀμφιθέοντος ἀλῆται  
ζωοφόρου τοιῇ τοι ἐπεκλώσαντο γενέθλην·  
ἔκτῃ μὲν βιότοιο φίλῃ παρὰ μητέρι μείναι  
ὄρφανόν· ὀγδοάτῃ δὲ μετ' ἀντιβίοισιν ἀνάγκῃ  
θητεύειν, νόστον τε γυναῖκά τε παῖδά τ' ἐπ' αὐτῇ  
τηλύγοντον δώσουσι θεοὶ τρίτάτῃ ἐπὶ μοίρῃ·  
ὁ δὲ τότε σοι Σκυθικοῖσιν ὑπ' ἔρχεσι παῖς τε δάμαρ τε  
δλλυνται. Σὺ δὲ τοῖσιν ἐπ' ἀλγέσι δάκρυα χεύσας,  
ἐπτά καὶ εἰκοσ' ἔτεσσι βίου ποτὶ τέρμα περήσεις.

Restabunt quingenta tibi tum denique, donec  
Carpeio possis sistere colle gradum.

B. M.

## 122. ALIUD PROBLEMA.

Justitiæ sacras ausus convellere leges,  
Ut turgens auro cuncta domante forem,  
Nil jam possideo, infidis quia nuper amicis  
Leva mente quater dona talenta dedi.  
Nunc quoque semissem, simul octantem atque trientem  
(O duram sortem!) barbarus hostis habet.

B. M.

## 123. ALIUD PROBLEMA.

Assis habe quintam, filii; carissima conjux,  
Sume duodecimam. Quattuor alterius

adhuc quinque præter hæc inde centurias pergens!  
etenim Tarpeia mihi curæ est regia, ut assequar.

## 122. ALIUD.

Acutum-cernentis Justitiæ sacras ego vittas ubi-sordavi.  
ut te, o cuncta-domans aurum, viderem tantum.  
nil habeo: quattuor enim talentorum non-de bonis  
auguriis frustra dedi amicis decadas; [multiforma  
dimidiamque iterum partem, tertiamque et octavam·  
hominum infortunia, inimicum habentem cerno.

## 123. ALIUD.

Quintam-partem mihi hæreditatis, puer, cape; duodeci-  
accipe, uxor; quattuorque filii defuncti [manque  
pueri, fratresque duo et multa-gemens mater,  
undecimam hæreditatis partem quisque habe.  
Sed vos, proconsobrini, duodecim accipite talenta;  
Eubulusque habeat quinque talenta amicus.  
Fidissimis famulis libertatem et redemptionis-premium,  
mercedem servitii, hisce dono hæc:  
sic autem capiant: Onesimus viginti quinque  
minas habeto; Davusque viginti minas habeto,  
quinguinta Syrus, Synete decem, Tibius octo;  
septem vero minas Syneto filio do Syri.  
De triginta autem ornate sepulcrum talentis,  
faciteque subterraneo Jovi sacra:  
de-duobus et in rogum, et salsas fruges et fascias,  
inanem duorum corpus gratiam accipito.

## 124. ALIUD.

Sol, lunaque et circumcurrentis planet u  
zodiaci tibi neverunt nascenti-sortem: [maner  
sextam quidem vitæ partem dilectam apud matrem  
orbum patre; octavam vero inter hostes necessitate  
servire, redditumque uxoremque et puerum præter eam  
sero-natum dabunt dii tertia in parte.  
Tum vero tibi Scythicis sub jaculis puerque conjuxque  
pereunt. Tu autem illo de luctu fletus ubi-fuderis,  
septem et viginti annis vitæ ad terminum pervenies.

Natorum nati, fratres bini, optima mater,  
Undecimam partem quilibet accipiat.  
Ferte talenta decem patruelis aucta duobus,  
Noster et Eubulus quinque talenta ferat.  
Fidis libertas famulis conceditor, hæcque  
Sint longi merces munera servitii.  
Vicenas quinas sibi sumat Onesimus; atqui  
Vicenas sinitor Davus habere minas,  
Quinguinta Syrus, capiat quoque Tibius octo:  
At Syneto septem sint, Synetæque decem.  
Triginta totis tumultum exornatæ talentis,  
Debitaque inferno sacra parate Jovi:  
Bina pyræ, cum fasciolis dapibusque supremis,  
Artubus ungendis bina talenta dico.

B. M.

## 125. ΑΛΛΟ.

Τύμβος ἐγώ· κεύθω δὲ πολύστονα τέκνα Φιλίννης,  
τοῖον μαψιτόκων καρπὸν ἔχων λαγόνων·  
πέμπτον ἐν ἡϊθέοις, τρίτατον δ' ἐνὶ παρθενικῇσιν,  
τρῆς δέ μοι ἀρτιγάμους δῶκε Φιλίνα κόρας·  
λοιποὶ δ' ἡελίοιο πανάμμοροι ἡδὲ καὶ αὐδῆς  
τέσσαρες ἐκ λαγόνων εἰς Ἀχέροντα πέσον.

## 126. ΑΛΛΟ.

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος· ἃ μέγα θαῦμα!  
καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.  
Ἐκτὴν κουρίζειν βίотου θεὸς ὥπασε μοίρην·  
δωδεκάτην δ' ἐπιθείς, μῆλα πόρην χνοάειν·  
τῇ δ' ἄρ' ἐφ' ἐβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἤψατο φέγγος,  
ἐκ δὲ γάμων πέμπτῳ παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.  
Αἰαῖ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἡμισυ πατρὸς  
σοῦ γ' ἐκάς δυεροῦ μέτρον ἔλδον βίотου.  
Πένθος δ' αὖ πισύρεσσι παρηγορέων ἐνικυτοῖς  
τῇδε πόσου σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησε βίου.

## 127. ΑΛΛΟ.

Παντὸς ὅσου βεβίωκε χρόνου παῖς μὲν τὸ τέταρτον  
Δημοχάρης βεβίωκε· νεηνίσκος δὲ τὸ πέμπτον·  
τὸ τρίτον εἰς ἄνδρας· πολλὸν δ' οὐτ' ἀφίκετο γῆρας  
ἔζησεν λοιπὰ τρισκαίδεκα γήρας οὐδῶ.

## 128. ΑΛΛΟ.

Οἷον ἀδελφεὸς μ' ἐβίησατο, πέντε τάλαντα  
οὐχ οὔτῃ μοίρῃ πατρικὰ δασσάμενος.  
Ἐπὶ κασιγνήτοιο τὸδ' ἐνδεκάτων πολὺδακρυς  
πέμπτον ἔχω μοίρης. Ζεῦ, βαθὺν ὕπνον ἔχεις.

## 129. ΑΛΛΟ.

Ἐἴπε κυβερνητῆρι, πλατὺν πόρον Ἀδριακοῖο  
τέμωνων νηῖ, ἄλως πόσα λείπεται εἰσέτι μέτρα;

## 125. ALIUD PROBLEMA.

Marmore clauditur hoc proles numerosa Philinnæ,  
Frustra maternis edita visceribus.  
Quintantem juvenes complent; geminumque puellæ  
Sextantem; nuptas tres tegit iste lapis;  
Quattuor haud viso ceciderunt sole sub orcum  
Translati ex utero, proh dolor! in tumulum. B. M.

## 126. ALIUD PROBLEMA.

Hunc Diophantus habet tumulum, qui tempora vitæ  
Illius mira denotat arte tibi.  
Egit sextantem juvenis; lanugine malas  
Vestire hinc cœpit parte duodecima;  
Septante uxori post hæc sociatur, et anno  
Formosus quinto nascitur inde puer.  
Semissem ætatis postquam attigit ille paternæ,  
Infelix subita morte peremptus obit.

## 125. ALIUD.

Tumulus ego, condoque valde-deplorandos liberos Philinnæ,  
talem frustra-parientium habens fructum laterum;  
partem-quintam in adolescentibus, tertiam in virginibus,  
tresque mihi recens-nuptas dedit Philinna puellas;  
reliqui vero solis omnino-expertes et vocis  
quattuor e lateribus matris in Acheronta cecidere.

## 126. ALIUD.

Hicce tibi Diophantum habet tumulus. Ah magnum mira-  
et tumulus ex arte mensuram vitæ loquitur. [culum!  
Sextam in-puerilem-ætatem vitæ deus præstitit partem;  
duodecimaque adjecta, genis induxit lanuginis-vestitum;  
atque in septima-parte nuptialem accendit facem,  
et post nuptias quinto puerum annuit anno.  
Heu, heu! sero-nata infirma soboles, dimidiam patris  
tui mensuram nactus vitæ luctuosæ crematus-es.  
Luctum vero rursus quattuor solans annis  
hac quanti sapientia finem attigit vitæ.

## 127. ALIUD.

Omnis quantum vixit temporis puer quidem quartam-par-  
Demochares vixit; adolescens autem quintam; [tem  
tertiā inter viros; canamque ubi venit ad-senectam,  
vixit reliqua, tres et decem annos, in limine senectæ.

## 128. ALIUD.

Qualem frater mihi vim-intulit, quinque talenta  
non justa divisione paterna impertitus! [crimis hanc  
Septem a-fratre undecimarum-partium multis-madens-la  
quintam habeo partem. O Jupiter, altum dormis somnum!

## 129. ALIUD.

Dixit gubernatori latum fretum Adriatici maris  
secans navi: Sali quot relinquuntur adhuc mensuræ?

Quattuor æstates genitor lugere superstes  
Cogitur: hinc annos illius assequere. B. M.

## 127. ALIUD PROBLEMA.

Quadrantem ætatis puerilibus egit in annis,  
Quintantem juvenis decurrit, virque trientem  
Demochares; cana demum accedente senecta  
Bis quinos reliquum vixit tresque insuper annos. B. M.

## 128. ALIUD PROBLEMA.

Vim frater facit, in partes nec dividit æquas  
Quæ nobis liquit quinque talenta pater.  
Nam multum lacrymans septem illius undecimarum  
Quintam habeo partem. Juppiter, ista vides? B. M.

## 129. ALIUD PROBLEMA.

Adriacas dum findit aquas, e puppe magistrum  
Nauta rogat, quantum pelagi jam restet arandum.

Τὸν δ' ἀπαμείβετο· « Ναῦτα, μέσον Κριοῖο μετώπου  
 « Κρηταίου, Σικελῆς τε Πελωρίδος ἑξάκι μέτρα  
 « χίλια, δοίων δ' αὐτε παροχομένοιο δρόμοιο  
 « πέμπτων διπλάσιον Σικελὴν ἐπὶ πορθμίδα λείπει. »

## 130. ΑΛΛΟ.

Τῶν πισύρων κρουῶν δ' μὲν ἤματι πλήσεν ἅπασαν  
 δεξαμενὴν, δυοὶ δ' οὗτος, δ' ἐν τρισὶν ἡμασιν οὗτος,  
 τέταρτος ἐν τετάρτοισι· πόσῃ πλήσουσιν ἅπαντες;

## 131. ΑΛΛΟ.

Οἷγέ με, καὶ πισύρεσσιν ἐνιπλήσω παρεούσαν  
 δεξαμενὴν ὥραις, κρουῶνς ἄλις προρέων·  
 δεξιτερὸς δ' ἄρ' ἐμείο τόσαις ἀπολείπεται ὥραις,  
 ὅφρα μιν ἐμπλήσει· δις δὲ τόσαις δ' τρίτος  
 Εἰ δ' ἄμφω σὺν ἐμοὶ προχέειν ῥοοῦ ἔσμον ἀνώγοις,  
 εἰν ὀλίγῃ μοίρῃ πλήσομεν ἡματίῃ.

## 132. ΑΛΛΟ.

Κύκλωψ\* ἐγὼ Πολύφημος· οἶα δ' ἐπ' αὐτῷ  
 τεῦξέ τις ὀφθαλμὸν καὶ στόμα καὶ παλάμην,  
 κρουῶνς συζεύξας· στάζοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν,  
 ἥδ' ἔτι καὶ βλύζων φαίνεται ἀπὸ στόματος.  
 Κρουῶν δ' οὗτις ἄτακτος· δ' μὲν παλάμης, τρισὶ μόνου  
 ἡμασιν ἐμπλήσει δεξαμενὴν προρέων·  
 ἡμάτιος γλῆνης· στόμα δ' ἡμάτος ἐν δύο πέμπτοις.  
 Τίς κ' ἐνέποι τρισσοῖς ἴσα θέοντα χρόνον;

## 133. ΑΛΛΟ.

Ὡς ἀγαθὸν χρητῆρι θεοὶ κερῶσι βέεθρον  
 οἷδε δύο ποταμοί, καὶ Βρομίοιο χάρις.  
 Ἴσος δ' οὐ πάντεσσι ῥοοῦ δρόμος· ἀλλὰ μιν οἶος.  
 Νεῖλος μὲν προρέων ἡμάτιος κορέσει,  
 τόσσον ὕδρω μαζῶν ἀπερεύγεται· ἐκ δ' ἄρα Βάχχου  
 θύρσος ἐνὶ τρισσοῖς ἡμασιν οἶνον ἰαίς·  
 σὸν δὲ κέρας, Ἀχελῷε, δὴ ἡμασι. Νῦν δ' ἄμα πάντες  
 ῥεῖτε καὶ εἰν ὥραις πλήσετέ μιν ὀλίγαις.

Ille refert : Creten inter Siculumque Pelorum  
 Millia sex numerant, exhausti jamque profundi  
 Bis gemini nobis quintantes ecce supersunt,  
 Sicania donec remos lentemus in unda.

H. M.

## 130. ALIUD PROBLEMA.

Totum implere lacum tubulis e quattuor, uno  
 Est potis iste die, binis hic et tribus ille,  
 Quattuor at quartus. Dic quo spatio simul omnes.

H. M.

## 131. ALIUD PROBLEMA.

Me resera, et lymphas profundens quattuor horis  
 Subjectum implebo protinus ipse lacum.  
 Æquali [?] dexter spatio, duploque sinister  
 Quando fluit, vitreis hunc tubus implet aquis.  
 Parte sed implemus longe brevior diei,  
 Uno si mecum tempore uterque fluat.

H. M.

## 132. ALIUD PROBLEMA.

Æreus hic Cyclops Polyphemus. Respice quali

Cui ille respondit : « Nauta, medium inter Criumetopum  
 « Creticum et Siculam Pelorida est septies stadia  
 « mille, duarum autem exacti cursus [restat].  
 « partium-quintarum duplex Siculum adusque fretum

## 130. ALIUD.

Quattuor tubulorum unus quidem una die implevit totum  
 lacum, duabus vero alter, tertius hic tribus diebus,  
 quartus quattuor : quanto cuncti implebunt tempore?

## 131. ALIUD.

Aperi me, et quattuor implebo presentem  
 lacum horis, tubulus abunde profluens :  
 dexter autem utique infra-me totidem relinquitur horis,  
 ut eum impleat; bis vero totidem tertius.  
 Si vero ambos mecum profundere laticis copiam jusseris.  
 Intra parvam partem implebimus diei.

## 132. ALIUD.

Cyclops en Polyphemus ex-ære : qualia autem in ipso  
 finxit quispiam oculum et os et palmam.  
 tubulis connectens! stillantem vero omnino refert,  
 atque etiam scaturiens conspicitur ex ore. [tribus modis]  
 Tuborum autem nullus inordinatus : qui palmæ inest,  
 diebus implebit lacum profluens; [quintas-partes]  
 uno-die implebit tubus oculi; os vero, diei intra duas  
 Quis dicat tempus si tribus æqualiter currat?

## 133. ALIUD.

Quam bonum crateræ rapidi miscent fluentum  
 hi duo fluvii et Bromii gratia!  
 Æquus autem non omnibus fluenti cursus, sed illam sola  
 Nilus quidem profluens diurnus satiabit :  
 tantam aquam e mammis suis-eructat; Bacchi vero  
 thyrsus implebit in tribus diebus vinum emittens;  
 tuumque cornu, o Acheloe, duobus diebus. Nunc autem  
 fluite et in horis implebitis eam paucis. [simul omnes]

Arte, quis os, oculum finxerit, atque manum.  
 Occultos parti salientes cuilibet aptans  
 Effecit gelidas ut jaculentur aquas,  
 Ordine sed tali : plenus tribus ecce diebus  
 Est lacus, e dextræ si fluat unda tubo;  
 Una dies oculo; geminatus sufficit ori  
 Quintans. Quod spatium sufficit ergo tribus?

H. M.

## 133. ALIUD PROBLEMA.

Ut miscent pariter dulcem in cratere liquorem  
 Hinc gemini fluvii, Liber et inde pater!  
 At non æquali spatio tamen influit humor;  
 Uno namque potes, Nile, replere die :  
 Tantum fundis aquæ e mammis. Tribus ecce diebus  
 Quod thyrso præbes implet, Iacche, merum;  
 Binos cornu, Acheloe, dies fluit. At simul omnes  
 Ite, brevi crater tempore plenus erit.

H. M.

## 134. ΑΛΛΟ.

Ὡ γύναι, ὡς πενήτης ἐπελήσας· ἥ δ' ἐπικείται  
αἶν ἀναγκαίῃ κέντρα φέρουσα πόνων.  
Μνᾶν ἐρίων νήθεσκες ἐν ἡματι· πρεσβυτέρῃ δὲ  
θυγατέρων καὶ μνᾶν καὶ τρίτον εἴλκε κρόκης·  
δπλοτέρῃ δὲ μιῆς φέρειν ἡμῖς. Νῦν δ' ἅμα πάσαις  
δόρπον ἐφοπλίζεις μνᾶν ἐρύσασα μόνον.

## 135. ΑΛΛΟ.

Ὅδε λοτροχόοι τρεῖς ἕσταμεν ἐνάδ' Ἑρωτες,  
καλλιρόδου πέμποντες ἐπ' εὐρίποιο λοστρά.  
Δεξιτέρως μὲν ἔγωγε ταυυπερύγων ἀπὸ ταρσῶν  
ἡματος ἑκταίῃ μοίρῃ ἐνὶ τόνδῃ κορέσσω·  
λαῖος δ' αὖ πισύρεσσι ἀπ' ἀμφιφορῆς ἐν ὥραις·  
ἐκ δ' ὁ μέσος τόξοιο κατ' ἡματος αὐτὸ τὸ μέσσον.  
Φράζω δ', ὡς ὀλίγη κεν ἐνιπλήσαιμεν ἐν ὥρῃ,  
ἐκ περύγων τόξου τε καὶ ἀμφιφορῆς λέντες.

## 136. ΑΛΛΟ.

Πλινθουργοί, μάλα τοῦτον ἐπείγομαι ὄλκον ἐγεῖραι,  
ἡμαρ δ' ἀννέφαλον τόδε σήμερον, οὐδ' ἐτι πολλῶν  
χρηίζω, πᾶσαν δὲ τριηκοστήσι δέουσιν  
κλίνθον ἔχω. Σὺ δὲ μόνος ἐν ἡματι τόσσον ἔτευχες·  
παῖς δὲ τοι ἐκ καμάτοιο διηκοσίων ἀπέληγεν·  
γυμνὸς δ' αὖ τόσσησι καὶ εἰσέτι πεντήκοντα.  
Τρισσαῖς συζυγίαις πόσσαις τόδε τεύχεται ὥραις;

## 137. ΑΛΛΟ.

Ὡάχρυ παρὰ στάξαντας ἀμείβετε· οἷς γὰρ ἡμεῖς,  
οὓς τόδε δῶμα πῶσον ὤλεσεν Ἀντιόχου  
δαιτυμόνας, οἷσιν ὁ θεὸς δαιτός τε τάφου τε  
τόνδ' ἔκορεν χῶρον. Τέσσαρες ἐκ Τεγέης  
κεῖμεθα· Μεσσήνης δὲ δωδεκα· ἐκ δὲ τε πέντε  
Ἀργεος· ἐκ Σπάρτης δ' ἡμῖς δαιτυμόνων,  
αὐτός τ' Ἀντιόχος· πέμπτου δὲ τε πέμπτον δλοντο  
Κεκροπίδαι· σὺ δ' Ὑλαν κλαῖε, Κόρινθε, μόνον.

## 134. ALIUD PROBLEMA.

Te tua paupertas mulier latet? Attamen urget,  
Et duri stimulos ipsa laboris habet.  
Quotidie unam tu; sed major nata solebat  
Lanæ cum toto nere triente minam;  
Nebat nata minor semissem. Nunc tribus autem  
Ex una vobis cœna parata mina est.

## 135. ALIUD PROBLEMA.

Qui jaculamur aquas tres hic adstamus Amores;  
Sed varie liquidas euripo immittimus undas.  
Dexter ego, summis et quæ mihi manat ab alis  
Ipsum lymphæ replet solo sextante diei.  
Quattuor ast horis lævus versa influit urna,  
Dimidiatque diem, medius dum fundit ab arcu.  
Dic age quam paucis curipum implebimus horis  
Ex arcu simul, atque alis, urnaque fluentes?

B. M.

B. M.

## 134. ALIUD.

O mulier, quam paupertatis es-oblita: hæc autem instat  
usque necessitate stimulos afferens laborum.  
Minam lanæ nevisti in die; major autem  
filiarum et minam et tertiam partem traxit staminis;  
junior vero unius tulit dimidium. Nunc autem una omnibus  
cœnam instruis minam pendens unam tantummodo.

## 135. ALIUD.

Aquam in-lavacra-fundentes tres hic adstamus Amores,  
pulchre-manapti immittentes euripo balnea.  
Dexter quidem ego ex alatis-late talis  
diei intra sextam partem hunc lacum satiabo;  
lævus rursus quattuor ex amphora intra horas;  
et medius ex arcu intra ipsum diei dimidium.  
Considera jam, intra quam brevem horam impleverimus  
ex alis arcuque et amphora simul projicientes.

## 136. ALIUD.

Tegularum-opifices, oppido hanc festino domum erigere,  
dies autem innubila hæce nunc, neque jam multis  
mibi-est-opus, sed omnem præter trecentas  
tegulam habeo. Tu autem solus die una tot effinxisti;  
filius vero tibi a labore post-ducentas cessavit,  
generque rursus post-totidem et insuper quinquaginta.  
Trium societate-coniuncta, intra quot hoc fiet-opus horas?

## 137. ALIUD.

Lacrimam mittentes juxta præterite. Hi enim nos sumus,  
quos hæc domus lapsa afflixit Antiochi  
convivas, quibus deus dapisque et sepulcri  
hunc præstitit locum: quattuor Tegeatæ  
jacemus; Messenique duodecim; et quinque  
Argivi; Spartani autem erant dimidia-pars convivarum,  
ipseque Antiochus; porro quintæ-partis pars-quinta periere  
Cecropidæ: tu vero Hylan delfe, Corinthe, solum.

## 136. ALIUD PROBLEMA.

Fictores laterum, cesserunt nubila cœlo,  
Indulgete operi, domus ut mea perficiatur:  
Non multi desunt lateres; finxisse tricenos  
Sufficiet. Tantum solus formare solebas.  
Qualibet ipse die: sed centum, filius; atqui  
Illo quinquaginta minus gener edere suetus.  
Quod peto, tres pariter quot consummabitis horis?

## 137. ALIUD PROBLEMA.

Carpe viator iter lacrymans. Hic namque jacemus  
Quos domus una cadens obruit Antiochi,  
Queis epulas inter crudeli occumbere leto  
Fata tulere. Jacent quattuor ex Tegea,  
Bis sex Messene, clarum quinque edidit Argos,  
Dimidium Sparte Martis amica tulit;  
Occidit Antiochus; quintam quantantis Athenæ  
Lugent; extinctum fletque Corinthus Hylam.

B. M.

## 138. ΑΛΛΟ.

Νικαρέτῃ παίζουσα σὺν ἡλικιώτισι πέντε,  
ὃν εἶχεν καρῦν Κλειδ' ἔπορεν τὸ τρίτον,  
καὶ Σαπφροῖ τὸ τέταρτον, Ἀριστοδίκη δὲ τὸ πέμπτον,  
εἰκοστὸν Θεανοῖ καὶ πάλι δωδέκατον,  
εἰκοστὸν τέταρτον δὲ Φιλιννίδι· καὶ περιῆν δὲ  
πεντήκοντ' αὐτῇ Νικαρέτῃ κάρυα.

## 139. ΑΛΛΟ.

Γνωμονικῶν Διόδωρε μέγα κλέος, εἰπέ μοι ὦρην,  
ἦνίκα' ἀπ' ἀντολῆς πόλον ἤλατο χρύσεα κύκλα  
ἡελίου. Τοῦ δῆτοι ὅσον τρία πέμπτα δρόμοιο,  
τετράκι τόσσον ἔπειτα μεθ' Ἑσπερίην ἄλα λείπει.

## 140. ΑΛΛΟ.

Ζεῦ μάκαρ, ἥ βρά τοι ἔργα τὰδ' εὐαδεν, οἷα γυναῖκες  
Θεσσαλικαὶ παίζουσι; μαραίνεται ὄμμα Σελήνης  
ἐκ μερόπων· ἴδον αὐτὸς ἔην δ' ἔτι νυκτὸς ἐπ' ἡῶ  
δις τόσον ὅσσα δύ' ἕκτα καὶ ἑβδομον οἰχομένοιο.

## 141. ΑΛΛΟ.

Ἀπλανέων ἀστρῶν, παρόδους τ' ἐπὶ τοῖσιν ἀλῆτῶν  
εἰπέ μοι, ἦνίκα' ἐμὴ χθιζὼν ἔτικτε δάμαρ.  
Ἦμαρ ἔην, ὅσσον τε δις ἑβδομον ἀντολίθην,  
ἑξάκι τόσσον ἔην Ἑσπερίην ἐς ἄλα.

## 142. ΑΛΛΟ.

Ἐγρεσθ', Ἥριγένεια παρέδραμε· πέμπτον, ἔριθι,  
λειπομένης τρισσῶν οἴχεται ὀγδοάτων.

## 143. ΑΛΛΟ.

Σύρτιος ἐν τενάγῃσι πατὴρ θάνεν. Ἐκ δ' ἄρ' ἐκείντης  
πέντε τάλαντα φέρων ἤλυθε ναυτιλῆς  
ὁδὸς ἀδελφειῶν προφερέστατος· ἥ γὰρ ἔμοιγε

## 138. ALIUD PROBLEMA.

Mittens Nicarete sociabus dona, suarum  
Impertit Cliten læta triente nucum;  
Sappho quarta datur; vigesima facta Theanus  
Atque duodecima est; quintaque Aristodices.  
Pars tibi cum cessit vigesima quarta, Philinni,  
Quinquaginta sibi Nicarete retinet.

B. M.

## 139. ALIUD PROBLEMA.

Dic quota jam effluxit pars, o Diodore, diei,  
Auratis ex quo radiis sol gnomona tangit.  
Quantum decursi tres quintæ temporis; inde  
Est tantum quater, Hesperis dum se occulat undis.

B. M.

## 140. ALIUD PROBLEMA.

Proh superum pater, ista placet quæ Thessala cantu  
Molitur maga? Cum Phœbe pudibunda lateret,  
Vidi ego. Bis tantum solis restabat ad ortum

## 138. ALIUD.

Nicarete ludens cum æqualibus quinque,  
quarum habebat nucum Clidi dedit tertiam-partem,  
et Sapphoni quartam, Aristodice autem quintam,  
vigessimam Theanoni et rursus duodecimam,  
vigessimam autem quartam Philinnidi : et supererat  
quinquaginta ipsi Nicaretæ nuces.

## 139. ALIUD.

Gnomonicorum Diodore magnum decus, dic mihi hora  
ex-quo ab ortu in-cælum prosiluerunt aurei orbes  
solis. Hujus scilicet quantum tres partes-quintæ curis,  
quater tantum deinde usque ad occiduum mare resta-

## 140. ALIUD.

O Jupiter beate, numquid tibi hæc opera placent quæ  
Thessalicæ ludunt? offuscat vultus Lunæ [muliers  
a. mortalibus : vidi ipse. Supererat noctis ad auroram  
his tantum quantum duæ sextæ-partes et septima con-

## 141. ALIUD.

Non-erraticorum siderum transitus et super his planetarum  
dic mihi, quando mea heri peperit conjux.  
Dies erat, quanta-que es/ his septima-pars ab-ortu,  
sexies tantus erat occiduum ad mare.

## 142. ALIUD.

Surgite, Aurora procucurrat : quinta-pars, lanificæ.  
abiit, restantibus tribus partibus-octavis.

## 143. ALIUD.

Syrtis in vadis pater obiit. Ex illa autem  
quinque talenta ferena venit navigatione  
hic fratrum provecitissimus; sane enim mihi

Tertia transactæ quantum et pars septima noctis. B. M.

## 141. ALIUD PROBLEMA.

Fixorum coitus astrorum, unaque vagantum  
Dic age, cum pareret uxor amata mihi.  
Lux erat, et quantum septans geminatus ab ortu  
Tantum bis ter erat solis ad occubitus.

B. M.

## 142. ALIUD PROBLEMA.

Surgite lætifera, lux est, reliquæque diei  
Octantum effluxit portio quinta trium.

B. M.

## 143. ALIUD PROBLEMA.

Syrtibus in mediis pater occidit; attamen inde  
Incolumis rediit quinque talenta ferens  
Optimus hic fratrum : gemini mihi namque trientis  
Duplum concessit sortis habere suæ.  
At caram nostræ partis quadrante parentem  
Donavit, certus non violasse deos.

B. M.

δοῖκεν ἤης μοίρης διπλάσιον τριτάτων  
δοιῶν, ἡμετέρης δὲ δὴ ὄγδοα μητέρι μοίρης  
ᾠπασεν, οὐδὲ δίκης ἡμδροτεν ἀθανάτων.

## 144. ΑΛΛΟ.

- α. Ἄ βάσις ἂν πατέω σὺν ἐμοὶ βάρος ἀλίκον ἔλκει!  
β. Χὰ κρηπίς σὺν ἐμοὶ τόσσα τάλαντα φέρει.  
α. Ἄλλ' ἐγὼ οἶος ἄπαξ τὰν σὺν βάσιν ἐς δις ἀνέλκω.  
β. Κῆγὼ μούνος ἐὼν σὺν βάσιν ἐς τρίς ἄγω.

## 145. ΑΛΛΟ.

- α. Δός μοι δέκα μνᾶς, καὶ τριπλοῦς σοῦ γίνομαι.  
β. Κᾶγὼ λαδῶν σου τὰς ἴσας, σοῦ πενταπλοῦς.

## 146. ΑΛΛΟ.

- α. Δός μοι δύο μνᾶς, καὶ διπλοῦς σοῦ γίνομαι.  
β. Κᾶγὼ λαδῶν σου τὰς ἴσας, σοῦ τετραπλοῦς.

## 147.

Ἵομηρος Ἡσιόδῳ ἐρωτήσαντι, πόσον τὸ τῶν Ἑλλήνων πληθὺς  
τὸ κατὰ τῆς Ἰλίου στρατεῦσαν.

Ἐπτά ἔσαν μαλεροῦ πυρὸς ἐσχάται· ἐν δὲ ἐκάστη  
πεντήκοντ' ὀβελοὶ, περὶ δὲ κρέα πεντήκοντα·  
τρίς δὲ τριηκόσιοι περὶ ἐν κρέας ἦσαν Ἀχαιοί.

## 148.

Χρησμός δοθείς Ἰουλιανῷ τῷ ἀποστάτῃ, ὅτε τὴν γενέθλιον  
ἡμέραν ἐπιτελῶν ἑαυτοῦ διῆγεν περὶ Κτησιφώντα ἀγῶνα·  
ἱππικὸς θεώμενος.

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνὶ ῥατο μητίετα Ζεὺς,  
ἐχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.  
Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοσιδὴς  
μαρναμένος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ  
ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ,  
ωλεμέως δ' ἐδάμασσε καὶ ἔθνεα πολλὰ καὶ ἄλλα·  
ὅς βα καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν Ἀλαμανικὸν οὐδας  
ὑσμίναις πυκναῖσιν ἐλὼν ἀλάπαξεν ἀρούρας.

## 149.

Χρησμός δοθείς Τιμοκράτῃ Ἀθηναίῳ ἐρωτήσαντι περὶ ἐπι-  
ληψίας.

Μεῖζον' αἰεράμενος κεφαλῆς ποιμνήσου εὐλήν

dedit e-sua parte duplum trium-partium  
duarum, e-nostri autem parte duas partes-octavas matri  
præbuit, neque in-justitiam peccavit immortalium.

## 144. ALIUD.

- a. Basis quam calco, mecum pondus quantum trahit!  
b. Etiam mea basis mecum totidem talenta fert.  
a. Sed ego solus semel tuam basin vel bis elevo.  
b. Et ego solus sim-licet tuam basin etiam ter pendeo.

## 145. ALIUD.

- a. Da mihi decem minas, et triplex tui fio.  
b. Et ego acceptis a-te totidem, quintuplex tui.

## 146. ALIUD.

- a. Da mihi duas minas, et duplex tui fio.  
b. Et ego acceptis a-te totidem, tui quadruplex.

## 147. ALIUD.

Homerus Hesiodo interroganti, quanta Græcorum fuerit mul-  
titude in expeditione contra Ilium suscepta.

Septem erant violenti ignis foci, in unoquoque vero  
quingenta obeli, et circa eos carnes quingenta;  
ter vero trecenti circa quamque carnem erant Græci.

## 148.

Oraculum datum Juliano apostatæ, cum natalem suum diem  
celebrans degeret ad Ctesiphontem vicum certamina eque-  
stria spectans.

Gigantum olim genus interemit prudens Jupiter,  
infensissimum immortalibus Olympias domos tenentibus.  
Romanorum rex Julianus deo-similis  
oppugnans Persarum urbes et mœnia longa  
cominus-certantium vastavit igne validoque ferro,  
immisericorditerque domuit et gentes multas alias,  
qui utique etiam occiduorum virorum Alamanicum solum  
pugnis crebris ubi-cepit, vastavit agros.

## 149.

Oraculum datum Timocrati Atheniensi interroganti de caduco  
morbo.

Majorem tollens capite in-grego-versantis vermem

## 144. ALIUD PROBLEMA.

- a. Quam calco basis, hæc mecum pondus trahit ingens.  
b. Mecum æquale trahit pondus et ista basis.  
a. Solus at ipse tuæ baseos sum pondere duplus.  
b. Sum triplus baseos solus et ipse tuæ.

B. M.

## 145. ALIUD PROBLEMA.

- a. Minas decem da, triplus ut fiam tui.  
b. At tu decem da, quintuplus fiam ut tui.

B. M.

## 146. ALIUD PROBLEMA.

- a. Minas duas da, duplus ut fiam tui.  
b. At tu duas da, quadruplus fiam ut tui.

B. M.

## 147. ALIUD PROBLEMA.

Homerus Hesiodo interroganti quanta fuisset Græcorum  
multitudo adversus Trojam militantium.

Septeni luxere foci, sed quemlibet ante  
Quingenta caro verubus confixa tremebat,  
Nongentisque veru Danaï data fercula ab uno.

B. M.

μηκάδος, ἀγρονόμοιο δέμας περικάβδαλε μήλου,  
ἐρπηστὰν πολὺπλῆγκτον εὐβρῆνου ἀπὸ κόρης.

150.

Χρησμός δοθεὶς τῷ Αἰγεῖ ἐρωτήσαντι περὶ παιδοποιίας.

Ἄσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδαιόνα, φίλτατε λαῶν,  
μὴ λύσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.

capræ, agro-pascentis corpus circumdemitte σις,  
serpentem (?) multum-errantem a bene-lanata cervice.....

150.

Oraculum datum Ægeo interroganti de sobole gigunculæ.

Utris prominentem pedem, carissime hominum, [veneris  
ne solvas priusquam ad fecundum solum Atheniensium

## BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XIV.

In Codice caput incipit sine titulo, qui in indice membranæ præfixo ita conceptus : ἀριθμητικά καὶ γρήρα (sic) σύμμικτα. Unde Boiss. : Ἀριθμητικά καὶ γρήροι. Σύμμικτα. Prætulimus titulum a Jacobseo re jubente positum. Glosatoris autem hæc est admonitio : Γυμνασία; χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόντοις προτίθημι, ἵνα γνῶ; τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων. Dubitari hoc loco potest, sitne hoc dictum pro παλαιῶν et νέων, an intelligendi (quod equidem existimo) secundum litteram *pueri*, quibus antiqui talia solvenda proponebant, vix proponenda mediæ ævi progeniei. Sed suis discipulis ad feriale otium suaviter fallendum proposuit hæc problemata die XXX Augusti m. anni MDCCCLIII Bonniensis gymnasii professor Zirkel, in eorum gratiam græce edita germanicisque versibus expressa. Qui de editionibus narravit p. 26 seqq.

I. *Socratem* ἐπιγραμματῶν ποιητὴν memorat Diog. L. I, 47. — « Polycratis et Pythagoræ dialogus, quo hunc ille de discipulorum numero interrogasse fingitur. Solutiones sine probationibus, quas e Jacobseo (Analect. t. X, p. 335 seqq.) et Brodæo ad ipsam Anthologiam et Meziriaco ad Diophanti Arithm. lib. V, p. 369 seqq., qui problemata illa omnia edidit, solvit et latinis reddidit versibus, sibi petat lector, hic et in reliquis apponam. » B. In ipso Codice sæpe solutiones brevissimæ notatæ in margine, ad prima autem epigrammata septem et infra ad Metrodorea eadem quæ ipsi versus manu scholia longiora adscripta, quæ prope omnia missa fecit Jacobseus « propter obscuram et intricatam veterum arithmeticorum in talibus solvendis rationem, unde ad lectores, elegantiori recentiorum temporum methodo adsuætos, parum sive fructus sive utilitatis redundaturum esse mihi persuasum habeo. » Nos ea omnia ex Codice, cujus copia nobis facta est in hac parte, edere constitueramus, sed arithmetica sigla pleraque non capiebat hoc genus typorum, atque erant ambigue multa, nonnulla falso scripta in technicis compendiis, quibus in vulgarem scripturam versis originem erroris jam non liquisset deprehendere. In optimo codice Planudæ (Par. 2744), pleno lacunarum, superest longum Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη λήμμα εἰς τὰ προκείμενα προβλήματα usitato more scriptum, sed jam olim editum. — 6 τέτρατοι δ' αὖτε Cod. — « Ἡμίσεις (v. 5) dimidia pars est 14; τέτρατοι (6) pars quarta est 7; ἑξάδομοι (7) septima pars est 4; tres (8) adduntur : summa tota discipulorum est 28. » B. Eadem solutio siglis in margine Codicis expressa.

II. — 1 χρυσή Cod.; ἐγὼ τελέθω sp. Plan. — 2. « Ἡθίων codex 1630 (B) pro αἰζῶν. » B. — 3. Edebatur Χαρίσιος, sed Codex Χαρίσιος, ut Plan. — 4 ἔθηκε Σ. Plan. — « Ἡμισυ (v. 3) dimidium est 20; ὀγδοῇ, octava pars est 5; δεκάτῃ (4) decima pars est 4; εἰκοστῇ (5) vigesima est 2; adduntur (6) novem : tota summa talentorum est 40. » B. Marginales notas Codicis negligentius exaratas in eundem sensum correxit Salmasius. Scholium exhibet solutionem κατὰ τὸ λθ' τοῦ ἑξάμου βιβλίου τῶν Στοιχείων Εὐκλείδου.

III. — Amor apud matrem conquerens quod Musæ ei maximam partem pomorum, quæ ex Helicone decerpserit, eripuisent; ex singulis quæ indicat totus malorum numerus inveniendus. — 5 λάβεν Cod. — 6 αὐτὰρ Cod., corr.

Brunck. — 12 κουζοτέροισιν Cod. — « Πέμπτον (v. 5) quinta pars est 672; δωδέκατον, duodecima est 280; ὀγδοῇ (6) octava est 420; εἰκοστὸν (7) vigesima est 168; τέτρατον (8) quarta est 840; ἑξάδομή, septima est 480; adduntur (9 seqq.) numeri malorum finiti 30, 120, 300, et 60, quæ Amor servavit : summa fit tota 3360. » B. Idem siglis notatum in margine Codicis. In scholio solutio κατὰ ιε' τοῦ ε' τῶν Εὐκλείδου Στοιχείων.

IV. Lemma : εἰς τὴν Αὐγείου κόπρον. — 5 παριρον Cod. « Pro scripto παριρον dedi παρ' ἱρόν. Plan. παρ' οὔρον, quod alii amplexi sunt. Mea lectio est verior. Quum fuerit Taraxippus deus vel heros, deaster, cujus erat τάφος; vel βωμό; vel ἡρώων in curriculo Olympico (v. Pausan. VI, 20), ἱρόν aut ἱρόν aptissime convenit. » B. Eadem postea disseruit Meinek. ad Theocr. p. 370. — 7 γε inseruit Boiss.; Ἀρχαδίησι Salmasius; Ἀρχαδίοισι vel docta forma Ἀρχασίδησι (de qua vide ad IX, ep. 744, 2) Meinek. — 8 λούσεις Cod. — « Ἡμισυ (v. 3) dimidium est capitum 120, octava pars (4) est 30, duodecima (5) est 20; vigesima (6) est 12; trigesima (9) est 8; adduntur 50 : summa tota est 240. » B. Sine scholio.

V. Non problema est, sed ænigma. « Edidi inter Anecdota mea t. III, p. 430 sub nomine *Pselli*, et cum lem-mate κατὸν. » B. — 3. ἀποτομήνησιν cod. Boisson. « Ambiguitas est in voce κόρυς. Nam κόρη et pupillam oculi et puellam significat. » Brunck. — 4 εἰς ἀνέμου; cod. Boiss.

VI. — 1. Πόσος Cod. Ἡὸς, diei. — 2 τόσσα Cod. In marg. nota KH. « Non puto hunc versum esse responsum, sed quæstioni propositæ esse addendum qui contineat data ad solutionem. — Transactæ sunt ex duodecim horis quibus dies constitit horæ 5  $\frac{1}{2}$ ; restant his duo trientes, horæ scilicet 6  $\frac{3}{4}$ , quæ summæ junctæ sunt 12. » B. In scholio solutio διὰ τοῦ β' τοῦ α' βιβλίου τῶν Διοφάντου.

VII. In scholio problema ita effertur : Κρουῶν τεσσάρων βρόντων εἰς μίαν δεξαμενὴν, καὶ τοῦ μὲν πρώτου πληροῦντος αὐτὴν εἰς ὥρας ε', τοῦ δὲ δευτέρου εἰς ἡμέρας β', ἤγουν εἰς ὥρας ιδ' (sic), τοῦ δὲ τρίτου εἰς ἡμέρας γ', ἤγουν εἰς ὥρας λς', τοῦ δὲ τετάρτου εἰς ἡμέρας δ', ἤγουν ὥρας μη'. Ἀφαιθέντων ἅμα τῶν τεττάρων κρουῶν, εἰς πόσον διάστημα χρόνου πληροῦσι τὴν δεξαμενὴν; — 2 στόμα καὶ θέναρ Cod., στόμα σὺν δὲ θ. Plan., στόμα καὶ τὸ θ. cod. Gudianus et Jac. « Cod. 1630 (B) στ. ἡδὲ θ., quod recepissem, ni displicuisset nimium hiatus. Correctio καὶ δὲ visa est melior. — 4 πισύρεςσι Plan. Sed B cum Pal. πισύροισι. Quam formam, quæ exstat et ap. Manethouem III, 7, loco non movi. — 5 ἐν δ' ἅμα Cod. et Plan.; [αἱ δ' ἅμα emendavit Salmasius;] ἐν δ' ἅμα π. cod. B; placuit conjectura Jacobseii σὺν δ' ἅμα. — 6 πόσον Cod. et Plan., πόσα B. [Salmasius πόσαις.] — Diversæ problematis dantur solutiones. Camerario ap. Brodæum et Meziriaco temporis quæsiti summa est horarum 3  $\frac{3}{4}$  [sic etiam Zirkelius], Kriesio ap. Jacobsum horarum 4  $\frac{1}{4}$ . » B. Scholium octo solutiones exponit partim satis longas. Secunda ἑτέρα λύσις σαφεστέρα καὶ συντομωτέρα, hæc est : Ἐπειδὴ ὁ α' κρουὸς εἰς ε' ὥρας; ἐπλήρου τὴν δεξαμενὴν, πρόδῃλον οὖν καθ' ἑκάστην ὥραν τὸ ε' μέρος τῆς δεξαμενῆς ἐπλήρου, ὁ δὲ β' ἐπειδὴ ἐν δυσὶν ἡμέραις,

ἔχουν ἐν ὥραις κδ' ἐπλήρου τὴν δεξαμενὴν, δηλονότι καὶ αὐτὸς καθ' ἑκάστην ὥραν τὸ κδ' μέρος τῆς δεξαμενῆς. Quarta inscripta : Λύσεις ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ζητήματος διὰ λογαρικῶν (sic) ψήφου. Sequuntur λύσεις ἑτέρα λογαρική, et ἑτέρα λογαρική σύντομος. Deinde λύσεις ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ζητήματος διὰ τῆς μονάδος τῶν ς' (sic) λεπτῶν. Denique λύσεις ἑτέρα συντομωτέρα πάντων. Ἐπειδὴ δ' ἀπαρτισμὸς τοῦ κδ' ἀριθμοῦ πρὸς τὸν λζ' συνίστησι τὸ ζητούμενον, ἰστέον ὅτι ὁ κδ' τοῦ λς' γίνεται μέρος διμοιρῶν· οὐδὲν δὲ διαφέρει πρὸς ἀριθμητικὰς καὶ λογαρικὰς ψηφογραφίας· ὁ λζ' τοῦ λς', διότι οὐ τέμνουσιν οἱ ἀριθμητικοὶ τὰς μονάδας, οὐτὰς οἱ λογαρικοὶ τὰς φάλλεις. Ἐπεὶ οὖν ὁ κδ' διμοιρῶν ἐστὶ τοῦ λζ', ὡσαύτως καὶ αἱ εἰς δ' ὥραις διμοιρῶν εἰσι τῶν ς' ὥρῶν, πρόδηλον ὅτι οἱ δ' ἡμεροὶ εἰς δ' ὥρας, ἔχουν εἰς τὸ διμοιρῶν τῶν ς' ὥρῶν ἅμα βέαντες ἐπλήρως τὴν δεξαμενὴν. In fine omnium : Οὐκ ἐστὶν ἑτέρα λύσις οὔτε παρὰ τῆς φύσεως οὔτε παρὰ τῆς τέχνης.

VIII. — « Numeri in talo notati hic eo ordine ponuntur, quo sibi in oppositis tali lateribus respondent » Jac.

IX. Lemma in cod. Paris. 1409 : ὧς ἀπὸ τῆς Ἀνδρονίκης, qui in compendio erravit. « Explicabo additis scholiis quæ jam edidi ad Gregor. Cor. p. 407. Ἀνδρ' ἐμὸν : Ἐκτορα. Ἐκυρὸς : Ἀχιλλεύς. Fuit Achilles Andromachæ socer, Pyrrho quæ nupserat filio Achillis. Ἐκυρὸν ἀνὴρ : Πρίαμον Πύρρος. Δ α ἡ ρ ἔκυρὸν : Πάρις Ἀχιλλεῖα. Ἐκυρὸς γενέτην : Ἀχιλλεύς Ἡετίων. Versu 1 hic cod. Par. ἔκυρὸς, ἔκυρὸν ἐμὸν κτάνεν. » B. Codex Laur. (cod. 16 plutei XXXII) ἔκυρὸν ἐμὸν κτάν' ἔκυρὸς.

X. — Non tam exhortatio, quam laus (opinor) nescio ejus juvenis ex eo ducta quod sit in ære Dodonæo. « De oraculo Dodonæo, ejusque sonoris lebetibus, quam in rem vide mea in Notitt. manu. t. XI, part. 2, p. 117; Sancto Cruc. Myst. t. I, p. 29; Walz. ad Arsenii Δωδωναίων χαλκείων p. 186. » B. — 2 προτρέπειν Cod., προτρέπειν Boiss. cum Brunckio; πνεῦμα ἄρτια δὲ τὸν Jacobsius. Fortasse scriptum erat ἄρτιον τὸν χαλκόν, collective, ut σπώνδυλοι Hippocrati sunt ἄρτιοι ἀλλήλοις. Nemo certe prohibet ἄρτια ἔχειν ad « voluntatem deorum eo sono expressam » relatum. — 3. « Quum versus sint politici syllabici, spondeus quarti pedis lectorem non morabitur. [Non improbabile tamen tot προτοῦ, scil. τοῦ πρόσθεν κτυποῦντος, a Jac. propositum. — 7. Menandrea comparatione Ἀρηφόρου fragm. 3 satis inficete Byzantinus utitur.] — 8. Revocavi scripturam Codicis, σοὶ δ' ἐντυχ. Facta fuit correctio non necessaria νοί, etiam alia ut melior proposita, νοί, quæ esset valde deterior, quum pedes esse debeant omnes dissyllabi. » B. Qui de sententia dicere neglexit, quæ σοὶ proprus respuere videtur. Præcedenti versu scribi poterat melius τῶν σῶν λεβήτων δ' ἡ.

XI. — 4. Μέτρον τέταρτον, quadrans. — « Legitimus filius habebit stateres 577  $\frac{1}{2}$ , spurius 422  $\frac{3}{4}$ . » B.

XII. — 2 ἑτέρας Cod., superposito η. — « Pondus patet primæ drachm. 97  $\frac{1}{2}$ ; secundæ 98  $\frac{1}{2}$ ; tertiæ 99  $\frac{1}{2}$ ; quartæ 100  $\frac{1}{2}$ ; quintæ 101  $\frac{1}{2}$ ; sextæ 102  $\frac{1}{2}$ . Sunt drachmæ 600, vel min⁹ sex. Est epigramma in codice 1630, cum solutione. » B.

XIII. Lemma Codicis : εἰς ἀνδριάντας τρεῖς, Ζήθου καὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν. Lemma cod. 1630 : Ζήθου καὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν Ἀντιόπης. Zethus loquitur. — 3 τὸ τέταρτον δὲ Cod.; τὸ τέταρτόν τε Plan. — 4 ἔξ ἀνὰ πάντ' Cod. — « Pendebat Zethus minas 12, Am-

phion 8; sumtis triente ex 12, scilicet 4, quadrante ex 8, scilicet 2, sit 6, pondus Antiope. » B.

XIV. — « Ænigma. Unus flatus; duæ tibie quæ vocantur ænigmatice naves; decem digiti; unus tibicen qui ambas inflat. » B. — 2 εἰλασι Cod., corr. Salmasius. Jac comparat hæc Achilles Tatii : ἐκεῖ (in tibia) οἱ δάκτυλοι κυβερνῶσι τὰ αὐλῆματα.

XV. — Exponuntur leges senarii iambici. — 2 χαρὶς Cod. Qui alibi trochæus. — 4 τέλος ἐστὶν δς οἶδεν μακρὰν ἐν ἀρχῇ Cod., corr. Brunckius; « nisi poeta scripsit ἐν δ μακρὰν..., more homerico δ pro δς usurpans. » Jac. Boiss. : « Qui primam habet longam, est spondeus. Nam chori⁹ seu trochæus, qui inter pedes iambici modo fuit recensitus, locum non habet nisi ultima per positionem producta. Verba δς μακρὰν οἶδεν ἐν ἀρχῇ sunt absolute posita. » B. — 5 τα τοῖσδε Cod., τόνδε Brunck., τοῦσδε Boiss auctore Jacobsio Anal. t. XIII, p. 133.

XVI. — « Ænigma explicat Buttmannus de insula Tenedos, cujus sit βο (vel βω) quasi mugitus bovis, et δὲς funeratoris vox. » B.

XVII. — 2 φέροντα δ. cod. S Cramerii, si recte lectus. De re multa Jac. t. XII, p. 101 seq. Quibus addit Boiss. : « Notaras in meis Anecd. t. V, p. 120. de venatione : ὅκε· οὐ τὸ ἡδὺ καὶ χάριεν μόνον ἔχει, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν στείον τὴν τοῦ πολέμου παιδείαν καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἐμπειρίαν πέφυκεν εἰσαγωγικόν. Ibi notavi. »

XVIII. — « Rem pueris notam, Hectorem ab Achille interfectum, auctor verbis consulto obscuravit. Pro exemplo citat Eustathius ad Il. E, p. 453, 52, ubi per ὁμωνυμίαν lectoribus stuporem injici posse docet : Διομήδης ἀνὴρ ὁ Ἀχιλλεύς, οὐκ περ παλλαχὴ ἦν ἡ Διομήδεια, quæ Il. I, 664, Διομήδην καλλιπάρητος, ubi Eust. p. 694, 17, iterum ænigmatis nostri mentionem facit. [Confer Append. Plan. ep. 29, 4.] — 2. Αἶα; non est Ajax, sed genitivus vocis αἶα pendens a præp. πρὸ. » Jac. Qui Brunckii correctionem μαρνάμενον non admisit. Ad vid. XVI, 29, 5.

XIX. — « Buttmannus ænigma intellexit de pediculo : Jacobsius de serra [comparato simili Symposiaci Ænigma LX]. Illi potius ausculto. Pediculus vel supinus per capillos reptat. » B. Etiam in Delectu p. 459 seq. Jacobs. interpretationem de serra adstruit, sed nostro exemplo adscripsit : « Est κραι. » Verum vidit Buttm.

XX. — « Si vocabulo κυρὸς mediam inseris litteram ρ, quæ valet centum, invenies Pyrrhum, virginis Deidamiæ filium, virginis Polyxenæ interfectorem. Epitheton κυρὸς quæ usus est frequentant poetæ. Vide ad Anecd. mea t. IV, p. 76. » B.

XXI. — « Ænigma præcedente paulo melius, ob ænigmaticum nomen Ἡραίστου pro κυρὸς. » B.

CL. Πωλλιανοῦ ed. Ald. 3, ceteræ πωριανοῦ, vel πορ. Lemma : εἰς στήλην Πολυτέλης. — Picta Polycleti Polyxena celebratur, qui *sculptor* fuit; neque hoc per errorem scriptum esse pro Πολυγνώτω (ut ep. 30), ostendit Junonis comparatio v. 3, celeberrimi operis Polycleti Heræum ornantis. Ignari igitur poetæ epigramma, « mere ἐπιδεικτικόν, ut plurima hujus generis, et tabulam ab eo non visam, sed fictam, celebrans. » Jac. — 4. De re comparandus Eurip. Hec. 558 seqq. « Addit schol. Wech. : ἐγγράπτο Πολυτέλην καὶ ἐν λέσχῃ τῇ ἐν Δελφοῖς κατὰ τὰ εἰδισμένα παρθένους τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας ἀναπλεομένην ἐγγράπτο δὲ ὑπὸ Πολυγνώτου τοῦ ἐν εἰκόνι τῷ οἰκήματι τὴν τε Ἰδίων ἐαλωκυῖαν καὶ τὸν Ἑλλήνων ἀπόπλουον ζωγραφῆσαντος ὡς Σιμωνίδης ἐποίησε : Γράψε Πολύγνωτος .... (IX, ep. 700). Ex Pausania X, 26, 4; 27, 2. Vulgatum κρύπτε πέπλω vix poterit servari post πέπλοιο βαγέντος. An ῥάκαι, vel λίνω, vel χερὶ? [Hoc Toupius et Brunck. Præferam νόφ, coll. Eurip. Hec. 569 : πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. Jacobs. ex eod. v. in nott. mss. conjiciebat πᾶσις, i. e. πτώματι. Jam in Add. p. XCII, etiam imperfectum κρύπτε molestum esse monens, felicissime conjecerat κρύπτει δὲ τλω, quod pro πόνω habet Æsch. Sept. 16 (conf. Soph. Trach. 7). Alloqui αἰσχροῖν πέπλω arguebat dictum sit pro σωφροσύνῃ ὡς πέπλω, vel ἀντὶ πέπλω (d'un voile de pudeur), quemadmodum Basil. M. De leg. libr. Gent. c. 5 : τοσούτου αἰσχύνῃν ὀφλῆσαι (Ὀδυσσεῖα) γυμνὸν ἐφθένα, ἐπαθήρη αὐτὸν ἀρετῇ ἀντὶ ἱματίων κεκοσμημένον (Ὀμηρος) ἐποίησεν.] Ipsam imaginem virginis cum decore ac servato pudore cadentis illustrant quæ collegi plurima ad Planudis Metamorph. p. 574. » Boiss. Αἰδῶ honeste

dictum pro αἰδοῖον, ut Hom. II. B, 262, X, 75. Conf. Eurip. Hec. 570. — 5, 6. Distichon satis ineptum.

CLII. — Virgilium incusat Dido, quod falsa de se tradiderit, et famam suam a criminibus ejus tuetur. — 4 αἰσχρόν a correctore primum in αἰσχρά, deinde in ἔσχον mutatum in T, quod recepi : et sic legisse videtur Ausonius. In fine glossa : ἀειραμένη. Vulgatum αἰσχρόν male jungunt cum δόξαν, « pro rebus cum laude gestis turpem famam retuli », vertente Jacobs. Del. p. 60. Immo ait illa gloriam præclare factis consecuta esse : quod ipse significat Virgilius Æn. IV, 653-656. Εὐφημία de laudandis seriorum scriptorum est. — 5. Vide Heyn. Excurs. I ad Æn. IV. — 6 ἡλύθεν legebat Ausonius. — 7 Ἰαρθάων libri; Jacobs. (in Add. p. XCII) ob hiatum φεύγουσ' ἀπ' Ἰαρθ. — 9. « Queritur Dido de Musarum malitia, quod castissimum poetam excitaverint, qui impudicitiae probro eam adspiceret. » Jac. — 10 τοῖα edebatur. « Pro quo scripsi οἷα cum Græfio, sed cum admiratione. Græfio [et Jacobsio] erat pro οἷα τοιαῦτα. » Boiss. Et οἷα in marg. scriptum habet cod. T, qui φεύσατο παρθενίης, divinatione a Græfio repertum, pro vulgari φεύσατο σωφροσύνης, quod in marg. scriptum. — Vertit Ausonius, de suo disticha duo addens, Epigr. CXVIII :

Illo ego sum Dido vultu, quem conspicis, hospes,  
Assimilata modis pulchraque mirificis.  
Talis eram; sed non, Maro quam mihi finxit, erat meus,  
Vita nec incestis læta cupidinibus.  
Namque nec Æneis vidit me Troius unquam,  
Nec Libyam advenit classibus Iliacis.  
Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ,  
servavi, fateor, morte pudicitiam,  
Pectore translixo : castus quod percudit ensis,  
Non furor, aut læso crudus amore dolor.  
Sic cecidisse juvat : vixi sine vulnere famæ.  
Ultā virum, positis mœnibus, oppeti.  
Invida cur in me stimulasti, Musa, Maronem,  
Fingeret ut nostræ damna pudicitiae?  
Vos magis historicis, lectores, credite de me,  
Quam qui furta dēum concubitusque canunt,  
Falsidici vates, temerant qui carmine verum  
Humanisque deos assimulant vitia.

CLII. Lemma : ὡς παρὰ τοῦ Πανός. « Quod falsum. In ejusmodi lusibus componendis plures veterum elaborasse apparet ex Martiali II, 86, ubi inter *difficiles nugæ*, quibus bonum poetam operam dare negat, etiam illa carmina recenset, quæ *græca nusquam recantet Echo*. Legitur in primis cod. Palat. paginis. » Jac. — 2 μ' οὐ apogr. Par., non μοῦ. Ultimæ voci Salmas. adscripsit φῖλει, ambiguum ex cod. an conjecturam. — 3. An in fine φέρ', εἰ (19).? — 4. « Recte docet Moneta in Menagianis t. II, p. 158, ubi de illis per echo lusibus erudite agit, alterum ἐρῶ nou esse cum Politiano vertendum *amo*, sed *dicam*. » Boiss. — 5. Forsan legendum κερμάτων τι δός, — Τὸ δός.

CLIII. — 1 ἀγλωσσον libri, corr. Salmasius et alii. — 2 ἀντίθρονον Πανός Lennepius (Anim. ad Coluth. p. 77), quo non esset opus, etiamsi metrum commendaret. Si quid mutandum, malim πλάσσουσ', i. e. μιμουμένην.

CLIV. — 1. « De amore Panos in Echo vide not. ad Theoph. Simoc. Epist. p. 272, et ep. 225, 233; VI, ep. 78, 87; IX, ep. 586, 825. » Boiss. — 2 ἄσομένη plures edd. vett. — 3 Παντοίων στομάτων εἰκόνα, i. e. πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνήν, ut Longus III, 21. Sic Latinis Echo sæpe *vocis imago* vel simpliciter *imago* dicitur : v. Orell. ad Hor. Od. I, 12, 4.

CLV. — Τρύγξ, quod ex voce redundat, ut fœx e vino.

CLVI. — « In Echūs statuam, quam ad templum Bacchi collocatam poeta ita interpretatur, ut eam a Pane, Bacchi comite, non, sicut olim, alieno animo esse dicat. » Jac. — 3 Βάχχου εἰδὸς ἔστιν ἡ ἀνδρὶς ἡ δὲ Βάχχος; ap. Soph. Ant. v. 1122, Eurip. Bacch. v. 150. Οὐκ ἴσμεν. Panes scilicet nonnunquam cum Satyris Sile-nisque confunduntur (Schol. in Theocr. IV, 62), qui in Bacchi comitatu vulgo sunt: vid. Catull. LXIV, 252. Conf. Hom. II. in Pan. v. 46.

CLVII. — Nullam causam esse, cur dea in media urbe arma gerat. — 1. « Κορύσσειαι. Schol. W.: Πλάτων Κριτίας (p. 110). » Καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς θεοῦ σχῆμα καὶ ἀγαλμα, ὡς κοινὰ τότε ἦν ἐπιτηδεύματα ταῖς γυναῖκι καὶ τοῖς ἀνδράσι τὰ περὶ τὸν πόλεμον, ὥστε κατ' ἐκείνον τὸν νόμον ὡπλι-σμένην τὴν θεὸν ἀνάθημα θεῖναι τοῖς τότε, ἐνδείγμα ὅτι πάντα ὅσα ξύννομα ζῶα θήλα καὶ ὅσα ἀρρένα τὴν προσ-ήκουσαν ἀρετὴν ἐκαστῇ γένει παγκοινῇ δυνατόν ἐπιτη-δεύειν πέφυκεν. » De Venere armata conf. Antimachum, IX, ep. 321, et infra ep. 170-177. Damascius Photii Bibl. p. 1045 statuam se ait contemplatum esse Minervæ cum stupore summo: τοσούτων αὐτῷ κάλλος ἐνεκέρασεν ὁ τεχνί-της, οὐ γινώκει τι καὶ ἀρροδίσιον, ἀλλὰ βλοσυρὸν τε καὶ ἀν-δρικόον, ἐνοπλὸν μὲν, ὅσον δὲ ἀπὸ νίκης ἐπανερχομένης καὶ τὸ γεγῆθός ἐπιφαινούσης. » Boiss.

CLVIII. — In statuam Dianæ dignam dea. — 1. Ἀρτε-μὶς εἰμ'· εἰ δ' Ἀρτ. et ὁ χαλκός libri; εἰμ'· εἰ δ' Ἀρτ. et ὁ χαλκός Meinek. p. 144, et Boiss., qui hæc: « Grotio eū debeo pro ei, Jacobsio χαλκός; pro χαλκός. Ad Zachariam p. 415 malebam ἡδ' pro ei δ', ad Tiber. p. 17 ἡ δ'. [Ἀρτε-μὶς εἰμ' ἡδ' Ἀρτ. Ungerus Beitr. p. 37.] Offendo ad com-positionem. Prius distichum est Dianæ loquentis; poste-rius spectatoris esse videtur [immo, statuæ ipsius de se, ut sæpiissime]. » Idem offendit Benndorfum p. 45, qui Ἀρτεμὶς ἐστὶν ἡδ' Ἀρτ. Passovius Script. misc. p. 202, αὐτοῦ ὁ χαλκός, sed reponendo χαλκός; non erat dubitan-dum. — 3. Τεκμαίρου. Conf. ep. 121, 1. — 4. « Κυνάγε-σιον, h. l. locus venationi destinatus. » Jac. Del. p. 12.

CLIX. Lemma in S: εἰς Ἀρροδίτην. Legitur et in primis foliis cod. Palat. — 1 ἐμφύχωναι Lennepius (ad Phalar. p. 22, 2). — 3 ὅδε πω S. — 4 εἰς Steph.

CLX. Etiam hoc in primis foliis cod. Palat. — 3. « Περι-σπέντω ἐνὶ χώρῳ, verba ex Homero petita (cf. Odys. A, 426; K, 211) fortasse indicant singularem illum appa-ratum, quem significat Plinius XXXVI, 4, 21 verbis hisce: «*culicula ejus (Veneris Cnidias) tota aperitur, ut conspici possit undique effigies.*» Conf. Lucian. Amor. c. 13. » Benndorf. p. 23. « De Venere Cnidia Praxitelis vide notas ad Winckelm. Opp. VI, 2, p. 143 seqq. » Jac. Del. p. 17. — 4. Hoc versu terminari epigr. antiquum, sequens autem distichon recentioris esse poetæ, Platonis ἐννοίαν amplificare conantis, optime demonstravit Jacobs. t. VI, p. 346; item simili ludendi pruritu impulsu grammaticum aliquem ep. 161 procudisse, quo negaret quod alterius distichi auctor affirmaverat. Conf. ad ep. 162. — 5. Grotius legisse videtur αἰδορούς. — 6 ἔξεσεν οἷαν Ἀρης cod. Pal. (etiam Salmasio teste); ἔξεσ' οἷαν Ἀρ. ed. princ. Flor. et aliae ante Steph., qui ἔξεσ' Ἀρης οἷαν, receptum a Boiss., Bergk. Lyr. p. 495 et aliis; ἔξεσεν οἷ' ἂν Ἀρης Meinek. quod a me in cod. 1773 repertum Jacobs. nostro exemplo apposuit. Ipse conjecerat οἷά γ' Ἀρ.

CLXI. Vide ad ep. præcedens. — Non statuam, sed deam ipsam esse affirmat. — 2 ἔστις ὡς πάλαι κρ. S.

CLXII. — « Gallicam et metricam Cocquardii versio-nem et alia vide in Chardonis Roch. Misc. t. I, p. 276. » Boiss. In cod. Iriart. præpositum epigrammati 161 schedis Krobnianis huic disticho postpositum et ad-ctum est extremum epigrammatis 160: ac tale teras-chon legisse Ausonium testatur ejus Epigr. LVII:

Vera Venus Cnidiam quum vidit Cyprida, dixit:  
Vidisti nudam me, puto, Praxiteles. —  
Non vidi, nec fas: sed ferro opus omne polimus:  
Ferro Gradii Martis in arbitrio.  
Qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren,  
Talem fecerunt ferrea castra deam.

Sed nihil horum antiquum esse, post Jacobsium, aliis er-rantibus, perspexit Benndorfius p. 23, qui censet « hoc epigr. 162 nihil esse nisi imitationem epigrammatis 160, inserta φῶι voce, adeo iterata misere languentem. »

CLXIII. — Conf. ep. 160.

CLXIV. Nihil hic de Cnidia Venere. — 1. Versus ductus ex antiqua inscriptione (ap. Herodot. V, 60) in Scæum po-gilem, VI, ep. 7, 2.

CLXV. — 2. « Eveno obversatus esse videtur nobilis-simus locus ap. Homer. II. Γ, 156. » Jac.

CLXVI. — Acumen hujus epigr., quod Jacobo videtur esse in verbis αὐτό; et πανωπύεσσα (Praxitelem scilicet Venerem, quam Paris olim solus in Ida viderat jam omnibus conspiciendam dedisse), « haud planius ac vit-plenum esse » ait Benndorf. p. 19.

CLXVII. — Cum Venere Cnidia celebratur ejusdem artificis Amor Thespiensis (conf. ep. 203 seqq.). — 2. « Καὶ θεὸς εἶσα. Id est, quum sit revera dea, vel vel lapidem. Probavit suam conjecturam καὶ λίθος εἶσα ἴθον Jacobsius censori docto in Bibl. Crit. Nova; mea in-terpretatio videtur posse facere satis: » Boiss. « Ὡς ἀγί-σται; pendet; sed possit scribi ὧς; sic, cum Bruncio. Φλέττω λίθ. Jacobs. in Del. p. 17 laudat Plaut. Poen. I, 2, 71: *Ille mulier lapidem silicem subigere, ut se amet, potest.* — 4. Proverbialis locutio, *adamanta movere* (v. Ja-cobs. Anal. t. IX, p. 441; t. X, p. 65). Strue vero: ὡς ὅτι κ. φ. ἂδ. πῦρ ἐκβαλεῖ. — 6. « Non valde dispari æa-mine Pompeiorum sepulcra divisa esse dicuntur ap. Martial. V, 75: *jacere Uno non potuit tanta ruina loco,* et Petron. c. 120: *Et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra, Divisit cineres.* » Jac.

CLXVIII. In S sine var. — « Gallicis versibus reddi-derunt Voltarius Diction. philos. in Epigramme, et At-naldus abbas Opp. t. III, p. 280, hic pessime, mixtis epigr. 162 et 168. » Boiss.

CLXIX. — Comparantur in hoc et seq. ep. Veneris et Minervæ statuæ. — 2 τὸν Φρύγα cod. Aldi, τὸν Πίρι ed. princ. et Ald. 1.

CLXX. — 4. Βουκόλος, ingenio rustico. « Apud Lucia num Deor. Dial. XX, 4, Minerva Paridis judicium subi-tura Mercurium rogat: Τί θαί; τῶν πολεμικῶν ἐστὶν αὐτῇ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός ἐστί τις ἡ τὸ πᾶν βουκόλος; » Jac.

CLXXI. — 2. Conf. ep. 177, 5, 6.

CLXXII. Lemma: εἰς τὸ αὐτό. Sed in epigr. armatai

Venerem nihil indicat. Quod Palladis manibus factam ait statuum, operis praestantiam indicat. — 1 Αὐτὰ που codex Aldi in Lectt. indeque Ald. 2; αὐτὰν π. vulgo.

CLXXIII. — « Poetarum lusus de hoc signo recensuit et exposuit Heynius Commentt. Gott. t. IX, p. 108. — 4. Ἀγγεμάχοις. Nam τηλεμάχοις uti, ut arcu et sagittis, turpe putabant Spartani. » Jac. — 5 Κυθείρης; ed. princ. et aliae ante Steph.

CLXXIV. — « Palladis cum Venere armata diverbium. » Jac. Del. p. 19. — 1. « Pessimam caesuram » ἐνοπλον εἶπεν ut amoveret Jacobs. corrigebat ἐνόπλιον, vel ἐν ὀπλοῖς, εἶπεν. « De Venere armata schol. Wech. excerptit Pausan. III, c. 15, 8 et c. 23, 1. — 2. Pro ἐρχόμεθα. — 3. Τί μοι, elliptice, ut Latinis *Quid mihi...*? — 4. Vide not. ad IX, ep. 320, 4. Comparantur in Menagianis t. IV, p. 104 græca cum Ausonii latinis. Protulit et Ausoniana Larcher. Diss. de Venere p. 223. » Boiss. Bis hoc epigr. vertit Ausonius Epigr. XLIII :

Armata vidit Venerem Lacedæmone Pallas.  
Nunc certemus, ait, iudice vel Paride.  
Cui Venus: Armata tu me, temeraria, tenuis,  
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

et Epigr. XLIII:

Armata Pallas Venerem Lacedæmone visens,  
Vine, ut iudicium sic incamus? ait.  
Cui Venus ardens: Quid me galeata accessis  
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

CLXXV. — 1 Καὶ λίθος libri; correctionem Jacobsii recepit Boiss. Qui velis sententiam explicuisset, obscurissimam in verbis simplicissimis. — 2 καὶ ἐπώμοσεν vel κάπώμοσεν Hermannus. « Brodæus ad εἶνα subaudit θωρηγθεῖσα. Fortasse recte: sed sensus carminis mihi non satis expeditus esse videtur. » Jac.

CLXXVI. — « Gallice vertit Larcher. Diss. De Venere p. 219. » Boiss. — 1. Post Σπάρτας distinxit Brunnck. Sensus: Etiam Venerem habet Sparta, sed non mollem et delicatam, ut alii populi. Jacobs. in Add. p. XCII proponebat οὐ δ' ἄστ., vel οὐκ ἄσται δ', sed neque in Dialectu (p. 20) neque in nostro exemplo annotavit. — 4. Ἀκρέμονες Jacobs. in Del. accipit de ramo cum aureis malis, quæ Venus manu gestare solet; malim ramulos et frondem myrti intelligere, de quibus in Analectis cogitabat; χρυσεῖων autem non, ut ille, « pulchris », sed aureis in manu statuae. — 6. Θρακός. Thracia Martis patria. Λακεδαιμονίαν. Plutarch. De fort. Romanor. c. 4: οἱ Σπαρτιάται τὴν Ἀφροδίτην λέγουσι, διαβαίνουσιν τὸν Εὐρώταν, τὰ μὲν ἑσπετρα καὶ τοὺς χιλιῶνας καὶ τὸν κιστὸν ἀποδέσθαι, ὁρῶν δὲ καὶ ἀσπίδα λαβεῖν κοσμονυμένην τῷ Λυκούργῳ.

CLXXVII. — 1. « Epithetum θαλαμηπόλος hinc memorat Larcher. Diss. de Venere p. 135, ac totum epigr. gallice vertit p. 221. » Boiss. — 3 σοὶ παστὸς p. conjecit Jacobsius, qui παστὸς in nuptiarum apparatu memorati exempla affert: nihil mutandum. — 4. « Αὐλῶν, in nuptiarum solemnibus. Il. Σ, 494. » Jac. Del. p. 19. — 6. Ὅσον pro ὅτι τόσον.

CLXXVIII. — « Hoc et sequentia usque ad 182 epigr. gallice vertit Caylus Memor. Acad. Inscr. t. XXX, p. 446 seq. Vertit etiam ep. 182 Millin. Mon. ined. t. II, p. 232. » Boiss. In Apellæ illustrissimum opus, Venerem Anadyomenen, quam artificis gloriam Cōi vocat Ovid. Pont. IV, 1,

29, et in cujus tabula summam sibi posuisse Apellem dicit Propert. III, 9, 11: eam a Cois pro tributo acceptam Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris, ut narrat Strab. XIV, 2, 19 et Plin. XXXV, 36, 28. — 1 θαλάσση; ed. princ. Flor. — Ausonius vertit Epigr. CVI:

Emersam pelagi nuper genitalibus undis  
Cyprin Apellei cerne laboris opus:  
Ut complexa manu madidos salis æquore crines  
Humidulis spumas stringit utraque comis.  
Jam tibi nos, Cypri, Juno inquit et innuba Pallas,  
Cedimus, et formæ præmia deferimus.

CLXXIX. — 4. Ovidius, a Jacobsio citatus, Amor. I, 14, 33, de puellæ capillis:

Illia contulerim, quos quondam nuda Dione  
Pingitur humenti sustinuisse manu.

CLXXX. — 5. « Τὰ καὶ θέμις. Hæc enim (στέρνα) sola videre mortalibus fas est. » Jac. Conf. ep. 216, 3.

CLXXXI. — 2 Ἀπελλῶν libri, quod servabat Boiss. Vide ep. 178, 2.

CLXXXII. Legitur in primis foliis cod. Palat. et in S. — 1. Ante ἐπὶ distinxerunt Ungerus p. 33, Piccolos p. 80, et Geistius, ut ap. Himerium ab Jacobsio allatum Or. I, 20: ἐκ μέσου τοῦ πελάγους ἀνείσαν, ἐπὶ τὸν ἄρρον μετὰ τὴν θάλασσαν ἐξ ἄκρων πλοκάμων στάζουσιν. — 2 μοιρμύρ. Pal., μορφωροῦσαν S. « Spuma quum solvitur, lenem stridorem edit, μορμύρει (verbum homerikum: Il. Σ, 403); quod recte translatus in corpus spuma tectum [et ex spuma natum]. » Jac. Del. p. 18. — 3 εἰδὼς libri Plan. et S, ἰδὼν Pal., Brunnck. et Boiss., ut in aliis hujusmodi, ep. 162, 163, 179. « Pro meo tamen sensu vel sic participio ἰδὼν aliquid addendum erat, unde intelligeretur non vere rem factam, sed verisimilem et a poeta pro vera habitam, narrari. » Jac. Mutat igitur εἰδὼς in ἰδ' ὥς, coll. ep. 127, 3; 150, 3; 214, 1; 215, 1; 250, 1; VI, 353, 1; IX, 339, 5 et 777, 1. Quod cum Meinekio et aliis dedimus; conf. not. ad ep. 111, 1. — 4. Confert Jacobsius Theocr. XV, 81-83. — 5 γὰρ om. S. — 7 κυδωνία; S. « De malis cydoniis ductam imaginem plures illustrarunt. Aristoph. Ach. 1198: Ἀτταταὶ τῶν τιτθίων, ὥς σκληρὰ καὶ κυδωνία. [Cantharus comicus ap. Athen. III, p. 81: κυδωνίους μήλοισιν ἴσα τιτθία.] Aristen. Epist. I, 3: τὸν κυδωνιώντα τῆς ποθομένης μασθῶν [ubi v. Boisson. p. 231]. » Jac. — 8 Ἀθήνα Pal. — 9 φάγουσιν vel φεύγουσιν S.

CLXXXIII. — « Argutum carmen, quod illustravit Arnaldus De diis παρέδροις c. XII, p. 70 seq. » Jac. — 2. Libri καὶ πόλεμοι, παρὰ σοὶ ἔ', quod correxit Meinek. ad Theocr. p. 305, scil. περισσῶς, addens: « Apud Callimachum ceterosque Alexandrinos nihil hoc usu frequentius. Cf. Nækiium Opusc. II, p. 72. » — 4 εἰκελος edd. ante Steph. — 5. « Οἶδεν. Quid bello possim, norunt Indi, ἀπ' ὤκεανου, i. e. παρὰ τὸν ὤκεανόν οἰκοῦντες. » Jac. Del. p. 10. Bacchi expeditio Indica e fabulis nota est. — 6 ἥως libri, corr. Brunnck. Arnaldus conjiciebat ἐπ' Ὀκεανόν. Sed est periphrasis, ut pastor ab Amphryso, et Atlas a Mitore Hiberno, Sil. V, 271, ubi v. Heinsium.

CLXXXIV. Lemma: Ἀντ. Σιδωνίου, quod falsum esse docet Pisonis mentio. « Gallice vertit hoc ep. et ostendit Antipatro Thessalonicensi esse tribuendum Boivin. Memor. Acad. Inscr. t. II, p. 289. » Boiss. — Basi statuae inscriptum in Pisonis ædibus collocatæ. « Causam, cur Piso Bacchum sibi in bellis faventem putaret, ex Dione

Cass. I. LIV, c. 34 [coll. Senec. Epist. 83, 14] suspicari possumus. Is, qui Bessos ad seditionem incenderat, Vollogesius fuit, Bacchi sacerdos, qui se deo opitulante bellum gerere volebat videri. Quum vero Pisonis et Romanorum copiis resistere non posset, verisimile est Græcos finxisse Bacchum, barbari illius partibus relictis, cum Pisone fuisse. » *Jac.* De L. Pisone adde Vellei. II, 98; Tacit. Ann. VI, 10. — 1. Συναπιστής. De Baccho πολέμιστῃ conf. ep. seq. et interpp. ad Hor. Od. II, 19, 25 seqq. — 3. Ἀμῶ pro ἀμφοῖν.

CLXXXV. — « Id epigramma gallice vertit et tentat etiam non feliciter vir doct. Disquis. de cultu Bacchi p. 54. » *B.* — 2. Scil. ὁ μὲν θύσῳ, nota ellipsi. — 4 νεβρός libri, corr. Brunck.; eorundem πλαταγῇ corr. Jacobs. Intelligitur crepitaculum quo Hercules Stymphalidas aves fugavit; v. Apoll. Rhod. II, 1056 seq. et Apollodor. II, 5, 6, qui χάλκεα κρόταλα vocat.

CLXXXVI. — Conqueritur Mercurius se, palæstrarum præsidem, sine manibus et pedibus fingi. Notum Hermas sic fuisse plerumque, forma quadrata, εἰκόνας τετραγώνους καὶ κυβοειδείς (Schol. in Thucyd. VI, 27). Conf. ep. 192, et Boiss. ad Babrii fab. 48, 1 et 5. — 3. Χειρονομεῖν, a saltatione ad luctam translatus; ut Glaucus athleta a Pausania (VI, 10) dicitur ἐπιτηδεύοντος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι περὶ κῶς. De *chironomia*, « quæ est, ut nomine ipso declaratur, *lex gestus* », vid. Quintil. I, 11, 7.

CLXXXVII. — Æsopica fabula eleganter narrata a Babrio CXIX; conf. Æsop. CXXVIII. — 1. Εὐλὸν ἦεν, surdus mutusque esse videbatur.

CLXXXVIII. — In Mercurii statuam prope gymnasium. — 1. « Λαγχάνειν dii dicuntur loca, in quibus aras et templa habent, quæque adeo præcipua tutela dignari existimantur. » *Jac.* De Mercurio Cylleio v. Tafel. Dilucc. Pindar. p. 219. — 3. « Ἀμάρακον e mente Schneideri scripsi pro vulgato ἀμάρατον. Schol. W.: πλέκαται εἰς στεφάνους Διοσκορίδης ἐν τῷ περὶ σαμψύχου. Legebat Scholiastes ille ἀμάρακον nam Dioscorides III, 47 de sampsucho : καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον· πᾶσα δὲ ἐστὶ πολὺκλωνος ... πλεκομένη εἰς στεφάνους. » *Boiss.* Inde *mollis amaracus* ap. Virg. Æn. I, 693, ubi v. Heyn.

CLXXXIX. — In Pana, Peristrati cujusdam alvearia custodientem. Male lemma : εἰς ἑταρον τοῦ αὐτοῦ (Mercurii). — 4. Χαῖρα (τὴν ἐμὴν). Grotii errorem in hoc disticho notavit Huschkius Anal. crit. p. 143 seq.

CXC. — In statuam Mercurii Νομίῳ. Jacobs. confert Pausan. II, 3, 4 : (Corinthi) χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκεν δὲ οἱ κριός, οὗ Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἱερόαν καὶ αὐξάνει ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὀμηρὸς ἐν Ἰλιάδι (Ξ, 491) ἐποίησεν. — 3. Αἰτ' ἀν' ὄρη etc. « compellantis esse » et tanquam vocativum ante Meinek. (p. 118) observaverat Jacobs., cui magis tamen placebat : Ἀλλὰ μόλοιτ' ἀν' ὄρη, quam correctionem recipiebat Boiss.; sed hoc Planudes non depravasset. — 4 τοῦ δ' ἄρα. Jacobsius (post μόλοιτ'). « Particula γέ habet sane aliquid offensionis, quod ita evitari potest, si poetam τοῦ θαρσαλέου scripsisse ponatur. » *Meinek.*

CXCI. — In Mercurium figlinum. Notum est vel ex Ovidio antiquissima deorum signa fuisse opere figlino. — 1. Αὐτόθεν cum Jacobsio accipiebam de opere αὐτοσχέδιον, facta sine ullo apparatu longinquius petito. Rectius

Boiss. : « Αὐτόθεν significare videtur non ex peregrina et longius quæsita ac rara argilla fictam esse statuam, sed ex ipsa hujus loci terra. » — 2. Ἀψίδος κύκλος qui vulgo τροχός, *rola*. — 4 ὃ ἔνε libri, corr. Brunck.

CXCII. Legitur in primis paginis cod. Palat. — In Mercurium Scopæ alibi non memoratum. — 1. Τῶν πολλῶν ἕνα, quasi e multitudine Hermarum, quibus plateæ urbium viæque publicæ exornari solebant, Athenis præsertim, ex instituto Hipparchi, quod testatur laudatus ab Jacobsio eximius Platonis locus Hipparch. p. 228, D. Conf. ep. 186.

CXCIII. — Dialogus vialis et Mercurii agrorum custodis. — 2. Ἐκ λαχάνων, scil. ἀψάσθαι vel λαβεῖν π.

CXCIV. — « Conf. IX, ep. 773, Palladæ, cui fortasse hoc quoque distichon tribuendum. » *Jac.* — 2. « Τῇ κολάσει. Schol. W. : ἤγουν τῷ ἔρωτι, ὅστις ἐστὶ κολάσις τοῖς ἀνθρώποις. Κόλασιν τὸν χαλκὸν ἐκ τοῦ πυρός ὄντα (ποῦ τὸ τήγανον ἐκ τοῦ πυρός ὄν). » *Boiss.*

CXCV. — « Amor arbori alligatus est in gemma ap. Lippert. n. 114. » *Jac.* Del. p. 21. Hoc epigr. et quatuor quæ sequuntur, cum quatuor aliis Meleagri, sine scripturæ varietate, sed imaginibus ex antiquo illustrata, transcripsit Otto Jahn ad calcem nitidissimæ, quam dedit Lipsiæ a. MDCCCLVI, editionis Apuleii de Psyche et Cupidine fabulæ. — 3. Περιγηίας, post tergum revinctas. — 5. Ψυχρά, vi et effectum carentia, ut ψυχρά τέφρα ap. Eurip. Alc. v. 354. Ἐκείνου, scil. τοῦ τεχνίτου. » *Jac.*

CXCVI. — 1 Τίς σὲ et v. 5 ὅς σὲ Jacobs.; vulgata reduxit Boiss. Οὐχ ὁσίως, scil. mortalis deum. — 3. Πενεράν, quippe plorantis, ut est in sequentibus de eodem argumento epigr. — 6. « Κνήμεντα, gravius quam ζυγούντα. Pindar. Fr. 88 : ὅς μὴ πόθῳ κυμαίνεται. » *Jac.* Del. p. 22.

CXCVII. Legitur in S et in cod. 1630 (B), ejus lemma : εἰς Ἑρώτα δεδεμένον πετρεῖ. — 1 τίς ἑσπῆς libri Plan.; τίς ὀσπῆς S et B; δὴ σῆς; *Meinek.* Anal. Alex. p. 399. — 3 μὴ δὲ δάκρυα et in fine προσώποις S, B.

CXCVIII. — 1. Ἀκρίτε, ἀλόγιστε. Jacobs. confert Hor. Sat. II, 3, 266. — 2 δάκρυα ψυχροταχῇ var. in schol. Weh., quam Brunck. præferbat. — 4 πτανὸν ψυχρά; πῶρ, τρ. edebatur, « quo omnis et sensus et metri elegantia pessum datur », ait Benndorf. p. 63. Ejus emendationem recepi. — 6. Κωφοίς, qui preces non audiunt. — 7. Ἀφώλακτος, qui alibi ἀφυκτος, qui *caveri nequit*. Item ep. 211, 3.

CXCIX. Non esse videri Crinagoræ hoc epigr. exponit Geistius *Krinag.* p. 8. — « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Mosch. p. 118 (sive 414). — 1 συσφίγγω libri, perverse. Scripsi συσφίγγεις. Jacobs. proposuit σφίγγει νῦν σφίγγεις. » *Boiss.* Græfius conj. συσφίγγων χειρῶν. Non male vulgatam Huetius sic interpretatur : quia, dum manus conatur vinculis exsolvere, eo magis adstringit eas. Quo sensu divisim legendum videtur : σὺ (i. e. αὐτὸς) σφίγγων. — 8. Hanc ex J. A. Bâilli Lusibus (*Passetemps*) imitationem affert vir litteratissimus R. Dezeimeris ad gallica Petri de Brach Opera Poetica, t. I, p. 151 :

Felon, tu as beau plorer,  
Estraint de ces cordes dures :  
Il faut bien que tu endure  
Ce que tu fais endurer.

CC. — « Gallicis versibus conversum fuit ab Gacone. Andrea Chenier, multis. » Boiss. Pictura vel anaglyphon describitur. — 1 βολιάτην ed. princ. — 2 δούλος Ἔρω; tentabat Wakefieldus. — 5 πλῆσον ed. princ. Flor. et cod. Aldi, πρῆσον Steph. cum aliis edd. vett., quod vertit Grotius; βρέσον Valckenarius, πῖσον Abrensus; πλῆσον, quod præbet etiam cod. S, tuentur Schæf., Boiss. et Meinek. ad Moschum, uterque comparans VI, ep. 40, 3. — 6 ἐν ἄρ. S.

CCI. Lemma in S sine ὅτι; in codice 1630 (B) : εἰς ἔνθεον ἔρωτα. — In simulacrum Amoris celestis, coronas gerentis pro arcu reliquoque apparatu consueto. — 5. Respondet Amor. Ἔρως præponunt S, B, hic etiam : ὦ; ἀπὸ τοῦ Ἐρωτος. « De πανδήμου multus est schol. Wech., apponens quas leguntur in Pausaniæ Bæot. c. 16, 2. [Commendandum in hac re erat Convivium Platonis.] In fine vulgo οὐκ ἀπὸ γ. Scripsi οὐδ' ex B, S. — 9. Quatuor virtutum scilicet, quæ cardinales dicuntur in scholis : ἀνδρείας, φρονήσεως, σωφροσύνης, δικαιοσύνης. Theodoretus De provid. VI, p. 170 : ἀρετὴν μὲν ὀρίζομεθα, φρόνησιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων γενόμενα ἢ ἐν τούτοις περιεχόμενα τῆς φιλοσοφίας μόρια. Quam sæpius auctores σωφροσύνην vocant, vocavit poeta versu sequenti σοφίαν. De hisce virtutibus vide not. ad Marinum p. 67; Bassum ad Eunathium gallice versum p. 262; Ducang. ad Annam Comn. p. 224; Thomasium Dissertt. in Observ. Halens. t. IX. Conf. Anthol. I, ep. 93; mea Anecd. t. IV, p. 173; t. V, p. 164, 1. Quatuor virtutibus animi opponit corporis quatuor Julianus Orat. I, p. 10 : λογὴν καὶ ῥώμην καὶ εὐξίαν καὶ κάλλος. Sternius, qui voluit esse facetus, quatuor hominis cardinales virtutes esse statuit hasce : « to build a house, to raise a tree, to write a book, and to get a child. » Boiss.

CCII. « Addidi lemma. Videtur in eundem Amorem epigramma scriptum, quem præcedens interpretatio morale fecit et virtutum ministrum. » Boiss. — 1 ἐκ λιθίνου vulgo; Jacobs. scripsit Λιθίνου. Famosa fuere Libanus et præsertim monti adjacens urbs Heliopolis, impudicorum amorum sedes. Cf. ep. 288. « Μέλος ἐκ Λιθίνου de cantu lascivior ap. Themist. Or. XXIII, p. 301, B. » Jac. Del. p. 23. — 3. Unus Amor Veneris filius, reliqui Nympharum. Et δὲ πλῆθος Ἐρωτων (inquit Philostratus Imag. I, 6), μὴ θαυμάσας· Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες οὗτοι γίνονται. Claudianus Nupt. Honor. et Mar. v. 72 :

Mille pharetrati ludunt in margine fratres,  
Ore pares, similes habitu, gens mollis Amorum.  
Nos Nymphæ pariant, illum Venus aurea solum  
Edidit.

— 4. « An alibi ap. veteres poetas Amor rei olitoris præpositus occurrat, ignoro. Nec tamen hæc imago mirabilis videbitur iis, qui in antiquæ artis monumentis Amores (sive Genios potius, sub Amoris specie repræsentatos) ad omnia fere vitæ ministeria adhibitos meminerint. » Jac.

CCIII. Legitur in codd. S et B. — De celeberrimo opere v. præsertim Pausan. I, 20. — 1. « Κλίνας αὐχένα. Conf. ad XII, ep. 48. » Boiss. — 2 μέλη ἰδίας S, με ληιδείας B. Eodem adjectivo usus est Julianus VI, ep. 20, 2. — 3 με in fine om. S, ἐνδοθεν κευθόμενον περ B. — 4 χαλκώσας libri Plan., quod falsum, nam alia res est IX, ep. 795, 2; χαλκώσας S, B, quod recepi; φερώνη B. Fallitur autem Julianus; nam marmoreum erat artificis utrumque simulacrum Amoris; v. Sillig. Catal. artif. p. 386. — 5 αἰτίς ed. princ. Flor.; Ἐρωτι om. S.

CCIV. Lemma : Σιμωνίδου nescitur qua auctoritate posuerit Plan. Athenæus XIII, p. 591, A : καὶ Πραξιτέλης δὲ ὁ ἀγλαματοποιὸς ἔρων αὐτῆς (Phrynen) τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην ἀπ' αὐτῆς ἐπλάσαστο, καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἐρωτος βίβει τῇ ὑπὸ τὴν σκηνὴν τοῦ θεάτρου ἐπιγράψαι Πραξιτέλης; κτλ. Quo nomine Lyricis inseruit Bergk. p. 500; idem in Anthologia ponendum erat. Non esse autem artificis, sed recentius ἐπιδεικτικόν, argumentis planissime demonstravit Benndorf. p. 25 seq. — 3 ἐμοῖο libri Plan. et aliquot Athen., sed boni ἐμείο, quod dedi. Amoris verba sunt. Φίλτρα δὲ βάλλω Athen.; alterum ineptum. — 4 οὐκέτ' ὁιστεύων Athen. « Οὐ τότ' οἱ, ἀλλὰ βολαίς ὁμμάτων. » Jac. Del. p. 21.

CCV. Conjungendum cum alio Gemini epigr. quod legitur VI, 260, ubi vide not. — 2 Μισθόν. Conf. ep. cit. v. 2 et 4. — 3 ὅσσε ed. princ. Flor.

CCVI. — 1. « Schol. Wech. sua sumpsit ex Pausania IX, c. 27. » Boiss. — 3 Ἐγὼ θεὸν, in amore Phrynes, unde vera dei imago in animo ejus nata est.

CCVII. « Lemma Plan. : εἰς Ἐρωτα γυμνόν. Cui schol. Wech. addit : ἔχοντα τῇ μὲν ἀνδρὸς, τῇ δὲ δελφίνῳ, αἰνιττομένον ὡς γῆ; καὶ θαλάττης βασιλεύει. Hunc Amorem κινέχοντα δελφινά τε καὶ πόαν quid significet explicat Tzetzes Chil. V, Hist. II. Ibi in versu sic edito

Τοξότην ζωγραφουσί τε σύναμα καὶ πυρφόρον

scribendum vel ζωγραφουσί τε vel ζωγραφουσί τὲ, e regula politici metri. » Boiss. Amorem delphino insidentem flabelumque manu tenentem ex numo citat Jacobs. — 1 Γυμνός, non armatus. Mox μειλιχίος ἔστιν S.

CCVIII. « in lemmate, pro πιπεροπάστῳ, malui Al-dinum πιπεροπάστῳ. Esse videtur vasculum, quo tritarum piperis baccarum pulvis continetur. » Boiss. Eadem Jacobsius, addens : « Hujusmodi vasculo insculptus Amor inepto huic disticho occasionem dedit. » — 1 Ἄνθος, quia sculptus scil.

CCIX. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 405. » Boiss. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Egrege explicuit Benndorfius p. 68, quem vide in nota ad IX, ep. 15. — 1 τῶν θαλῶν S.

CCX. Lemma Plan. : εἰς Ἐρωτα ἐν ἄλσει κοιμώμενον. Εὐρέτη δὲ ὑπὸ ὕδατων, pro quo in primis folijs cod. Palat. legi ὑπὸ ὀδιῶν scribit Brunckius; sed ex alio codice habuit, nam neque in apogr. Goth. est neque apud Salmas. qui epigr. contulit. In cod. Laurentianis (plut. 57 c. 29, ap. Schneidewin. F) bis exstat epigr., primum cum lemmate : Πλάτωνος νεωτέρου (quod etiam in nostro T est), iterum cum hoc lemmate etiam codicum RS et T : Πλάτωνος εἰς Ἐρωτα εὐρεθὴν (εὐρεθέντα Schneidew.) ὑπὸ ὀδιῶν ἐν ἄλσει. « Pars est majoris carminis », ait Bergk. p. 496, qui ad philosophum, Ἐπη inscribens, retulit. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 273. » Boiss. — 2 Κυθείρης vett. edd. aliquot, T a pr. m. Cum μῆλοισιν εὐκρίτα conferunt Theocr. VII, 117; Long. I, 24. — 3 τοδόκον libri Plan., T et F primo loco; ceteri τοδόλον, quod Boiss. recepit. — 4 δένδρεον RS, F, T. — 7 κρηχύτοις ἐντός; λαγαροῖς libri Plan., Palat., T et F priore loco; κρηχύτοις δ' ἐντός λαροῖς (sic) RS, F altero loco; quod λαροῖς de conjectura restituit Salmasius coll. ep. 226, 1. Jacobs. de sua et Orellii conj. edidit κρηχύτουσ' (κρηχύτουσαι) ἐντός; λαροῖς i. χ. β., i. e. apes intus in ore favos struentes (conf. Theocr. I, 146) in dulcibus pueri labijs errabant Meinekius (Del p. 240) κρηχύτειν ἐντός.

λαροῖς δ'...; Berghius κηροῦ τούτου conjectit. Sed egregie vidit Schneidewinus (p. 15) ΔΕΝΤΟΣ ortum esse ex ΜΕΑΙΤΟΣ, et sequentem versum voce ἐργάτιδες, *opifices*, inchoasse videri. Nam de Platone aut Pindaro si sermo esset, ἐντὸς cogitari posse, sed *Cupidini* infanti poeticam facultatem et sermonis dulcedinem non fuisse instilandam. — Sed et librorum lectio probari potest.

CCXI. — 2. Mire omnes ἀτρής, quod si usquam legitur, ex errore est aut depravatione. — 3. « Armis depositis jacebat deus. » *Jac.* — 6. Μοι junge cum πικρόν. Clarius loquitur Alpheus ep. seq. 5, 6, unde hæc expressa.

CCXII. — 1 γὰρὸς ab Ascrensiana, in prioribus omissum. — 4. Εὐνομία Suidæ ἐρήνη, exempla in Thes. Scilicet ἀγομεν ἡσυχίαν ἀπὸ τῶν σὼν τοῖς ἐνμάτων. — 5. Μή τινα, sc. δόλον. — 6. « Πικρόν. Ne per somnum improba in perniciousum agites consilia. » *Jac. Del.* p. 23.

CCXIII. Ἀσωνίδου inscriptum in primis foliis cod. Palat., etiam Salmasio teste. In RS : εἰς Ἑρώτα. Præterea legitur in S, B, et cod. 1773 (T). — 1 καὶ σοὶ Pal., σοὶ om. RS. — 2 σκυδικῶν libri Plan., σκυδικαὶ Pal., RS, B, T; σκυδική S. Recte Boiss. alterum recepit; idem : « De arcu Scythico vid. Millin. Monum. ined. I. pagg. 24, 27, 361. » Scythæ arcum peritissime tractabant. In fine ἐλόδε; ex Pal. affert Jacobs., ἀκροβολῆς ἀκίδες apogr. Paris. Schneidewinus σκυδικαὶ τ. ἀκροβόλων ἀκ. Μακίμ ἀκροβελίς. — 3 τί γὰρ πλέον libri Plan.; τί δὲ πλέον Salmas. et Brunch. e Palat. τί τὸ πλέον RS, F, S, B. Unde probabiliter Schneidewinus :

φεύζομ' Ἑρώς σ' ὑπὸ γὰν. Τί δὲ τὸ πλέον; οὐδὲ κτλ.

— 4 ἔφυγε codd., ἔφυγεν edd. Plan. solæ, σὴν ἔφυγε B; αἰδώς S, βετδς apogr. Par.

CCXIV. — In Amores deorum spolia gestantes. Argumentum in anaglyphis et ornamentis sæpe tractatum. Respici hoc et sequens ep. in carm. VIII Lusuum Priapeiorum annotat Jacobs. — 2 ἀγαλλόμενα libri male, corr. Brunch. Νήκρια pro adverbio est. — 5. Ἀλίου. τοῦ θαλασσοῦ Ποσειδῶνος. — 7. Πόλον εἰς, cœlum expugnavit.

CCXV. — 2. Boiss. recte distinxit post ἀθανάτων, non ante, ut vulgo. Σκύλα, ἐπὶ τοῖς σκύλοις. — 6 λαμπάδα edd., corr. Brunch. Sæpius ap. veteres duabus tactis instructa fingitur Diana vel Hecate; vid. Aristoph. Ran. v. 1361; Soph. Œd. T. v. 198; conf. Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 11, 116; Orelli in Hor. Carm. III, 4, 60. — 7. « Οὐκ ἔχθος, οὐκ ἀρα γρηῃ ἀχθεσθαὶ ἡμᾶς θνητοὺς δεῖται. Verborum structura ut in Il. Γ, 156, οὐ νέμεσις. » *Jac. Del.* p. 24. — 8. Quum ipsi Dii arma sua Amoribus tradiderint.

CCXVI. — « Schol. W. : τὸ Ἥρας ἀγαλμα κάθηται ἐπὶ θρόνου· Πολυκλείτου ἔργον ἐστίν· ἔπεισι δὲ οἱ στέφανος, Χάριτας ἔχων καὶ Ὅρας ἐπετρεγασμένας· καὶ τῶν χειρῶν τῇ μὴν καρπὸν φέρει βοῖδς, τῇ δὲ σκῆπτρον, καὶ κόκκυγα ἐπὶ τῷ σκῆπτρῳ, εἰς δὲ ἡλλάγη Ζεὺς δεῖς ἥρα παρθένου τῆς Ἥρας. Ex Pausania, II, 17, 4. » *Boiss.* — 3. « Ὅσον θέμις. Conf. ep. 160, 5; 180, 5. — 4. « Μορφαί, forma singulorum membrorum sub palla latentium, explicat Heynius Comment. Gott. X, p. 105. » *Jac.*

CCXVII. — « Suidas : Κύρος, Πανοπολίτης, ἐποιοῖς· γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίῳ τοῦ νέου βασιλέως... Vide ibi not. Gaisfordianæ. » *Boiss.* Cujus epigrammata habemus in Anthol. — 2. « Ὅς τρέφει θ. Ὅμ. Conf. ep. 296, 8.

CCXVIII. Lemma : εἰς εἰκόνα τῆς αὐτῆς. « Non Calliopen Musam exhibuit, sed mulierem quandam Calliopea nomine. » *Boiss.* Haud dubie mimam.

CCXIX. Lemma : εἰς εἰκόνα Πολυμνίας. — « Item in mulierem Polymniam nomine, quæ in habitu Polymniae Musæ picta fuerat. » *Boiss.* — 2 ἀμφοτέροι; vulgo.

CCXX. — « In tres Musarum statuas, trium sculptorum veterum opera. Dedit nonnulla de hoc carmine Winckelmann. Mon. ined. t. I, in Tract. prelim. p. LXVII. » *Jac.* Idem nott. mss. : « Cf. Hermanni Opusc. t. II, p. 289. » — 1 τῆς ed. princ. — Aristocles Cydoniata floruit olymp. 70; paulo ante Ageladas Argivus, Phidias magister. — 4 καναχά edd. ante Steph. Clarus Κάναχο; Sicyonius sculptor, hoc solo, ut videtur, loco Καναχά; appellatus. — 5 παλεν Brunchius. « Tres esse Musas nonnulli volebant propter tria τῶν μελῶδουμένων genera, τὸ διάτονον καὶ τὸ χρωματικὸν καὶ τὸ ἐναρμόνιον, secundum Plutarch. Mor. p. 744, C [Quasi. Conv. IX, 14, 3]. Igitur prima illarum Musarum, ἡ πρώτη τόνου, diatonicon moderatur genus; altera, μελωδία; χρώματος; chromatici generis auctor; tertia, εἰρητική ἀρμονίας, enharmonici inventrix. » *Jac.*

CCXXI. Ad lemma Schol. Wech. : Πανσανίας μέμνηται περὶ τοῦ ἀγάλματος τούτου, ὅπου διηγείται (I, 33, 2) περὶ Ῥαμνοῦντος καὶ Μαραθῶνος· ἐκεῖνον τοῖνον μέντι καὶ καλλίστα εὐρήσεις περὶ τοῦ ναοῦ καὶ ἀγάλματος τῆς Νεμεσίδος. — « In deam Rhamnusiam, factam, ut fertur, ex marmore quod Persæ secum adlexerant, ut tropæum de Atheniensibus fieret. » *Jac. Del.* p. 38. Nemesis loquitur. — 1. Χιονέην, nam candidum marmor Parium. Παλιναχά. ἐκ περ. in monte lapicidinam intellige, in qua saxa succrescere (πάλιν αὐξάνειν) existimantur. — 4. Καρμωνίης. Schol. in Il. X, 257 : Καρμωνίη, νίκη, οὐ καθολικῆς, ἀλλὰ ἡ ἐκ καταμυνῆς. Conf. Plutarch. De aud. poet. c. 6 (p. 22, D). — 5. In Μαραθῶν ἀντίκτυπος poeta fortasse de heroe Marathone cogitavit, tanquam Jove hostes ἀντίφ κτύφω terrente, simul de κτύφω κομπασμάτων, quibus Persæ Nemesis in se iram concitaverant. — 7. Παραμιογράφος in Milleri *Mél. de Litt. gr.* p. 382 : Ἀδράστια· ἑταῖρα τῆς Νεμεσίδος, ἡ νεμεσῶσα τοῖς μεγαλυχουμένοις. Cf. Amm. Marcell. XIV, 11, 25 ibique interpp. et Dorv. ad Charit. p. 401. — 9. Τὰς ἐλπίδας, quas plerumque leves et modum excedentes. — 10. Conf. ep. 263.

CCXXII. — Præcedentis epigr. paullo tumidioris imitatio sobria. — 1. « Theodulus in meis Anecdotis t. II, p. 262 : οἱ τὰ μεγάλα καθ' ἡμῶν πνέοντες Πέρσαι καὶ κίνας παντάπασιν ἀπειλοῦντες ἐκτρίψειν, καὶ πρὶν ὅτι οὖν ἔκωγισθαι τὸ τρώπαιον ἔχοντες. Ibi notam vide. » *Boiss.* — 2. Καίριον potest esse adverbium pro ἐπιχειρίως, *colimode, tempore*. Vid. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 35. — 4. « Σοφίης, sc. τῆς τέχνης, fortasse etiam respectu habito ad usum ingeniosum, quem Athenienses de illo marmore fecerant. » *Jac. Del.* p. 38.

CCXXIII. « Est ap. Arsenium Viol. p. 277, ubi Walz. » *Boiss.* Etiam in S. Hoc et sequenti disticho explicatur signum Nemesis, multo vero uberius in Mesomedis Hymno in Nemesin, qui conferendus.

CCXXIV. « Legitur ibidem, ubi v. not. Walzii. » *Boiss.* — 2. Μηδὲν, sc. λέγεις καὶ ποιῆεις. Vulgare proverbium : μηδὲν ἄγαν. » *Jac. Del.* p. 38. Conf. XII, ep. 193, 2.

CCXXV. — 3. « Pan Echūs amore flagrabat. Vide ad

ep. 154. » Boiss. — 4. Ἀνοφαλία, quæ Echo non retraheret.

CCXXVI. — « Comparandum hoc epigr. cum Hymno Homer. XVIII (in Pana), v. 12-16. — 4. Junge κλάζε δὲ ἄρμονίην, κατιδύων αὐτὴν ἐκ συνφοῦ ῥήματος. Fistulæ cantus ad verborum, quæ accinuntur, mensuram temperandus est. » Jac. — 5 ἄμφι σοι edd., corr. Brunnck. — 6. Ἴγνο; ῥήγνυται in saltatione. « Formatum nomen μεθυδριάδες ad imitationem nominis Ἀμαδρυάδες. Similia etiam ἐφουδριάδες, καθουδριάδες. » Boiss.

CCXXVII. — Conferendum hoc ep. cum X, ep. 12. — 2 μονερού F; γυῖα καμάτου ed. princ. Flor., Aldi 1, cujus altera et sequentes γυῖα μόθου. Brunnck. coniecit πόνου, quod præbet; κόπου Jacobsius, quod confirmant RS et cod. 1773. Cf. Boiss. Anecd. t. I, p. 41. — 3 ἔχισα RS, F. — 5 ἐν δροισι (sic) μεσημερινὸν ἀγχ. πηγῆς iidem. Longus I, 25 : συρίττοντος δὲ αὐτοῦ τὸ μεσημερινόν, καὶ τῶν ποιμνίων σκιαζομένων. At pastor caprarius Theocriti (I, 15) non fas sibi putat τὸ μεσημερινὸν τυρίσσειν. Ibi Kiessling. optime hoc epigr. contulit. — 6 συρίζων iidem, et in line πιατόνος, et ut videtur ὕπο, non ὑπὸ, ut Plan. In sequenti vero disticho aperiuntur turpes Planudæ interpolationes, hoc in quo versamur distichon ita continuantis :

Καύματ' ὀπωρινοῖο φυγῶν κυνὸς ἄμυ δ' ἄμειψεις  
αὐρίον. Εὐ τὸδε σοι Πανὶ λέγοντι πείθου (sic).

Quorum absurditatem exposuit Schneidewinus p. 17 seqq. RS et F consensu καύμα δ' ὀπωρινοῖο φ. x. αἰας ἄμειψεις, in minore versu αἰπ ἱερμῇ τοῦτ' ἐνίσπιντι πίδου. Schneidewinus αἰπὸς ἄμειψεις αἰπὺ, cujusmodi exempla collegit Lobeck. Paralip. p. 525 seq.; sed in tali, qualis hic est, loco ea dicendi ratio ferri non posse videtur : fortasse proprium montis nomen latet, si quidem αἰπὸς recte scriptum est et recipiendum. Idem certius in ἱερμῇ vocem Ἐρμῇ agnovit, quam X, ep. 12 confirmat; *Pana* vero a Planude substitutum coniecit, quod in ejus archetypo Platonis ep. 13 de Pane coaluisse videtur, ut coaluit in RS et F, et sine lemmate est. (Conf. ad ep. 250.) Ego, pro ἄμυ δ', ἄλσος revocavi (ἄμυ synonymum voci ἄλσος Planudes ex Etymologo novisse videtur, qui ex Lycophrone affert), et αὐρίον servavi, etsi malim ὄριον, *tempore opportuno*; ἀπὸ σὺ δ' Ἐρμῇ Schneidewin.

CCXXVIII. — Item in locum amœnum et subfrigidum. — 1 τὰν πέτραν libri, quod per se bonum, sed sequens versus et alii ejusdem generis loci arborem esse commemoratam probabile reddunt; vide collecta a Jacobsio p. 867 et Add. p. XCIII, qui πετρίαν, sed Meinekiius τεύχαν. Illud recepi. — 3. « Ὀδίσαις ἀμπαυμα τοῦτο φιλον. Clytemnæstra Æschylea (Ag. 876) reditum Agamemnonis sibi esse ait quod est ὀδοιπόρῳ διψῶντι πηγῶν ῥέος. Nicceph. Gregoras Hist. VIII, 11, 2 : τῷ μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ οὕτως; εὐφρόσυνο; ἢ τῆς τοῦ ἀνδρός ἰδοῦς γνώμης μετάβασις, ὥς τὸς ὑπ' ἡλίῳ καιόμενος ὥρα θέρου; ζέφυρος καὶ τοῖς δίψει φλεγμαινοῖσι πόμα ψυχροῦ. » Boiss. Conf. Virg. Ecl. V, 46.

CCXXIX. — 2. « Puto quam sæpe statuarum capiti imponebant lunulam fuisse ab hujus statuæ artifice in formam nubeculæ delineatam et fictam. » Boiss.

CCXXX. Lemma : εἰς ἔτερον Πάνα, absurde fictum, quamquam RS εἰς αὐτό, F εἰς αὐτόν. Viatoribus via ad fontem inter rupes limpidissimum monstratur. — 1 σὺ γ' ἐπ' οἰονόμοιο libri Plan.; ἀπ' οἶον. Lobeckius Paralip. p. 313, structuram et sententiam intricatam esse sentiens.

Genuinum σὺ γε ποιονόμοιο præbuerunt RS et F, quod conjectura assecuti erant Emperius et Bernhardys. Libri Plan. περιπλέον, ut videtur; corr. Jacobs. in Del. p. 357; περιπλεονόμοιος RS, F. — 2 πῖους iidem. — 3 δαμαλῆδοτος; ἄκρον iidem. — 4 κείσέ γε πᾶρ κείνα libri Plan.; ταῦτα πᾶρ (vel πᾶρ) κείναν (κείναν T) ποιμάνια (vel ποιμῆνια RS, ποιμείνια F, ποιμάνια cum e super α T) πῖους RS, F, T (cod. 1773). Unde Schneidewinus verum restituit p. 17 : « Legebatur enim titulus ad radices collis, monstrabatque quasi digito jugum illud et pastoritiam pinum. » — 5 κελάρζον edd. vett., sed recte tres codd., qui deinde ἐκκρίνου. Temere Schneidew. ἐκκρήμνον proponit.

CCXXXI. — In Pana solitario in loco fistula canentem. — 1. « Ruhnkenius in Epistolis ad Valcken. p. 31 propositum οἰόδοτον, quod olim proposuerat et Wolfius. Sed nihil tentandum. » Boiss. Alibi est οἰόπολος. — 3. « Post χρέκει expectabatur νέμωνται. Sed verba sic licet accipias : Ἐνταῦθα ἰδρύσθη, ὅρα νέμωιντο. » Jac. Del. p. 25. — 4 ἡτύκων duo codd. Brunnckii.

CCXXXII. — De statua Panos a Miltiade dedicata post victoriam Marathoniam. « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. VI, n. 176. — 2. De auxilio, quod Atheniensibus in pugna Marathonica tulit Pan, vide ad XV, ep. 21, 9. » Boiss.

CCXXXIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Scil. a Miltiade dedicatum. — 1. « Πόσις Ἀχούς. Conf. ad ep. 154. » Boiss. 2 πάνσχοπος edebatur, corr. Hecker. p. 342. — 3. « Πολύσχοπος; eo sensu intelligi potest, quo exponunt lexica; vel, *multorum seminibus concretus*, quippe cujus mater Penelope ab omnibus procis compressa fuerat. » Brunnck. Μετανάστα; nam Pan illo tempore Athenis nondum colebatur et velut μέτοικος erat. Unde v. 6 ξένια. — 7. Ἄλλοι, scil. Minervæ, cui acropolis sacra. Post pugnam Pani antrum sub arce dedicatum est; v. Herodot. VI, 105. — 8 παραθωνομάχοι libri et Boiss. — γαῖς Brunnck. et Jacobs. Ducta vox ex Aristoph. Nub. 986, Acharn. 181.

CCXXXIV. — « Memorabile epigr. ob descriptionem signi in quo trium deorum formæ conjunctæ fuerant, ita ut caput Pana referret, pectus cum ventre Herculei, crura pedesque alati Mercurium. » Jac. Del. p. 29. De more veterum signa deorum plurium in unum confl. di egit Huetius ad h. l. p. 32. « Quattuor primos versus illustravit et latine vertit Arnaldus De diis παρῆδρους c. 13. » Boiss. — 6 ἀπτόμεθα legebatur, ἀντόμεθα Heckerus I, p. 181, collato ep. 253, 6 : ἱρῶν ἀντομένη θυσίων. « Significat, inquit : *pro sacrificio et thure nobis oblato propitii tibi tres simul gratias rependimus.* »

CCXXXV. — Pan sumptus in sacrificiis sibi oblati deprecatur. — 2 ποῦ δ' edebatur, τοῦ Jacobsii correctionem (pro τίνος χάριν, *quare*) recepit Boiss. Transmarino vino opponit v. 6 ἐγχθόνιον, quasi ἐγχώριον, quod non recte v. *testaceus* verti videtur. — 3. Anceps τένοντας accipiendumne sit de cervicibus, an de cruribus. — 4 τοιοῦτοι; edd. ante Ascens. — 6. Αὐτόξυλος, ut αὐτόξυλον ἔκπωμα in Soph. Philoct. v. 35. « Κύλικος, οἶνου. In γλευκοπότης κυλ. abundantia est, ut VI, ep. 95, 2. » Jac. Del. p. 27. Βροδῆς ex χθονίου malebat, ut sit mustum ex ficilibus poculis : quod opponatur χρυσίοις δεπάσει v. 1; non male.

CCXXXVI. Lemma : Ἀεωνίδου, [οἱ δὲ περὶ τοῦ] εἰς ἀγάλμα Ἡραίου. Voces uncis inclusæ primum accesserunt in Ald. pr. Θεοκρίτου nomen atere censebat Brunnck.,

multo probabilius Πέρου Meinekii p. 120. — Expressum est in Lusibus Priap. XXIV :

Hic me custodem fecundi villicus horti  
Mandati curam jussit habere loci.  
Fur, habeas penam, licet indignere. Feramque  
Propter olus, dicas, hoc ego? Propter olus.

CCXXXVII. — 1. Sic in Lusibus LXXVIII :

Deprensos ego perforare possum.  
Tithonura, Priamumque Nestoremque.

— 2. Strue : οὕτως οὐ διακρίνω οὐδ. φ. « Forsan, οὐδὲνα  
ῥῶρ', οὕτο; (haus tu !), ταῖσδε π. πρ. » Boiss. Quod  
verum puto. — 3. Ένεκεν om. primæ edd.; κολοκυντών edd.  
ante Steph. — 4. Inversio esse possit, quæ vi sua non ca-  
reat, pro ἄλλὰ λέγω ἔπρεπε γάρ. Sed vulgata interpretatio  
præstat. In Grotianis legendum videtur : *deciuit non,  
puto : dico tamen*. Boiss. longum scholium Wechel.  
p. 477 de Priapo apponebat, et citat Nonni Synag. hist. II,  
28, p. 170, Codinum De orig. Cpol. p. 15.

CCXXXVIII. Lemma : Δουκ. εἰς ἕτερον Πρίηπον. Qui se  
in agro sterili positum queritur nullius rei custodem. —  
1. τίθηκε edd. ante Steph. « Νόμου χάριν nunc gallice ver-  
teris, « pour la forme ». Diphilus ap. Athen. VII, 39 :  
οὐδὲν ἡδῶς Ποιεῖ γὰρ οὗτο; , ἀλλ' ὅσον νόμου χάριν. Dicunt  
et λόγου χάριν, δαΐας χάριν, χάριν ἀποσιώσεως, γλώσσης  
χάριν. Vide Græv. Lectt. Hesiod. c. 15, p. 80; not. ad Ma-  
rini Proclum p. 105; Toup. Emend. t. II, p. 364; Kuinoel.  
ad Demetr. p. 36. Similis Latinorum formula *dicis causa*.  
Vide Elmenh. Indice Apul. in *Dicis*, et ad Apul. p. 38, et  
ad Arnob. p. 116; Duaren. Disput. I, 47. [Adde P. Pithoi  
Advers. subs. I, II, c. 8.] Putabat Charisius esse *dicis*  
genitivum a nomine *dic*. Mihi esse videtur græca vox δι-  
της. » Boiss. — 4. ἔχοι edd. præter princ. Flor., quæ ἔχει,  
editum a Jacobsio. Idem Martialem confert, VI, ep. 72 :

Fur notæ nimium rapacitatis  
Compile Ciliæ volebat hortum ;  
Ingenti sed erat, Fabulle, in horto  
Præter marmoreum nihil Priapum.  
Dum non vult vacua manu redire,  
Ipsum surripuit Ciliæ Priapum.

CCXXXIX. Lemma : εἰς ἕτερον. — 3. Φυρόμαχος edd.  
et fort. libri Plan.; adscripsit Salmas. : « Φυλόμαχος.  
Ita legendum », ut sæpe allata codicis Palatini scriptura,  
quam probat. Hinc error Bruncii sic in Vat. Cod. legi  
scribentis; at Jacobs. : « Hoc carmen si in Vat. Cod. legitur,  
meam diligentiam effugit. » In sequentibus Χαρίτων ...  
καλὴν offendit Jacobs., qui ingeniose corrigit Χαρίτων  
δέ μοι ἄγχι καλὴν ἦν Ἀθήσας, de *sacello* Gratiarum in  
propinquo posito, significationem vocis stabiliens exem-  
plis. At hoc vix explicat Priapi situm. Boiss. : « Χαρίτων  
καλὴ non unam esse puto e tribus Gratiis, quæ non sepa-  
rari solebant, sed statuam mulieris cujusdam pulcher-  
rimæ, quam præ verecundia et honoris causa non nominat,  
quamque sic designat : Χαρίτων καλὴν. » Recepti optimam  
correctionem Peerkampii Nov. Biblioth. crit. IV, p. 46  
seq.

CCXL. Lemma : εἰς ἕτερον. — Dialogus viatoris et  
Priapi. — 1. ὀλίγα; edd. et Boiss., ὀλίγα; cum aposiopesi  
Jacobs., quod præferendum. — 3. « Dedi versiculum  
Priapo. « *Quam iracundus est Priapus!* inquires : etiam  
inanis venies ». Quamvis me iracundum esse clamites ac  
queraris, inanis veneris; inutile feceris iter. Sic me ex

verbis forsitan non integris extricaverim. » Boiss. Bruncius  
viatori dat 'Οὔγ. ὥ; ὁ Πρ. Jacobs. conjiciebat (Priapi verbis)  
ἔρῳ σέ τι, κοῦ κέν' ὀρέγῃ, vel κοῦ κέν' ἄλλας, « *dicam tibi  
aliquid, quod si feceris, non frustra id quod petis cu-  
pies*. His verbis ad spem erectus viator : Ναὶ λίσσεται. Et  
Priapus : *dabo*, καὶ γὰρ ἐγὼ δίδωμι. Obscurius et quasi  
pudibundus loquitur Priapus, in qua pudoris simulatione  
haud exiguus lepor est. » — 6. Δὸς λάβε. Vide ad XII, ep.  
204, 1. Adde lepidum Jacobi de Cailly epigramma ad  
mulierem, dato ex auro munere :

Phillis, rien pour rien ;  
Prenez de mon bien,  
Donnez-moi du vôtre;  
Qui donne un bijou,  
A moins qu'il soit fou,  
En demande un autre.

Lusus Priap. XXXVIII :

Prædicare volo; tu vis decerpere poma.  
Quod peto si dederis, quod petis accipies.

— 8. Ἰσχύδα. Confer ep. seq. 5, 6. Lusus Priap. V :

Quod meus hortus habet sumas impune licebit,  
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

CCXLI. — Priapus viatori, ficus appetenti, purnas  
minatur. — 1. "Οἶμος dicit viator. — 6. De hac philo-  
sophorum sententia, quam facete hortorum deus ad rem  
obscuram transfert, v. Valcken. ad Eur. Phœn. v. 539.

CCXLII. — In littore Hellespontii, Lampsaci subitio  
positum deum monet poeta, ut hominum frequentiam eru-  
bescens velet partem pudendam. — 4 πόροι; libri, πόδα;  
Ruhnkenius (in Tim. Lex. v. Σκαργώσα); ρυθμὸν (vel  
θεσμὸν) πάντα παρείς conj. Jacobs. : *omnem modum  
excedens*. Idem : « Fortasse in ultimis vocibus latet  
ἄγαν ἄπορος. » Boiss. dedit θυμὸν δὴπαντ' ἄπορος, cum  
hac nota : « Correxī, ut posset saltem intelligi, locum  
duce Jacobsio. » — 6. *Tunicam parti prætende te-  
gendæ*, Lusus Priap. I, 7.

CCXLIII. — 3 παρ' ἑαστον libri, corr. Bruncius. —  
5 παρεχθείς; libri, corr. Hermannus Opusc. t. IV, p. 361.  
— 6. Ἡ λάχνη, barba et pili. Lusus Priap. XIII :

Præcidere, puer, moneo; futuro, puella;  
